BIBL. NAZ.
151
K
41
NAPOLI

DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA,

DE

JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM IN REGNO BELGICO.

DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA,

DE

JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM IN REGNO BELGICO,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

MEINARDI SIMONIS DU PUI,

A. L. M. MED. ET PHIL. DOCT., MEDICINAE PROF. ORDIN. ET AUGUSTISSIMI UNIVERSI BELGII REGIS ARCHIATRI,

NEC NON

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES TIBERIUS BODEL NYENHUIS,

AMSTELODAMENSIS.

Die XXVI *Augusti* MDCCCXIX. *Horâ* XI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXIX.

CONSANGUINEIS,

FAUTORIBUS

ATQUE

AMICIS

S.

Quid gemis, adducto premeris dum charta lacerto?
Augefcit pretium fcilicet inde tui.
Optima tu presfae mihi fis virtutis imago,
Sumit ab aerumnis ut decus illa fuis.

P. VAN BRAAM, *Typographi Dordraceni Carmina. Dordraci.* 1809. pag. 88.

Printing dispels the gloom of mental night —
Hail! pleafing fountain of all cheering light!
How like the radiant orb which gives the day,
And o'er the earth fends forth th' enlight'ning ray!

IS. THOMAS, in ipfo titulo Operis infra, *pag.* 406, in *notâ* citandi.

Nobilitant artes mutas aes, marmora, faxum:
Prelum aeri, faxo, marmoribusque praeit.

PRAEMONENDA.

Nimiarum ambagum inimicus, missis iis omnibus, quae praefationibus solent inferi de lege Academicâ, cui satisfaciendum; de propinquorum monitis, qui ab hac almâ Musarum sede juvenem avocant, etc.; statim ad scopum propero, quo hanc Dissertationis materiem elegerim, mihique elaborandam sumserim. Sciant igitur, si qui, aliquo desiderio moti, hanc disquisitionem oculis perlustrare et pervolvere velint, familiam, e qua oriundus sum, magnas hac in re partes habere. E gente enim LUCHTMANSIÂ *ortus, eique cognatione junctus, in eo sum, ut Bibliopolium ejus nominis, quod per* 136 *continuos annos in hac almâ Musarum sede exstitit, adeam, in eâque officinâ tuendâ administrandâque, vitae quod mihi supererit tempus teram degamque. Hocce munus, pro viribus a me implendum intuens, et simul quinquennii, per*

quod literarum et juris studiis operam dedi, integrum lapsum respiciens, utrumque tempus, et praeteritum, et futurum aliquatenus in scriptione meâ coniungere constitui; quumque insuper, ea, quae patriae meae historiam spectant, semper mihi arriserint, materiem non prorsus ab eâ alienam arripere mihi visus sum, scribendo, suadentibus impellentibusque Viris Clarissimis, praeceptoribus aestumatissimis, Dissertationem historico-juridicam, de Juribus Typographorum et Bibliopolarum in Regno Belgico; *qua de re, quantum sciam, nemo deditâ operâ scripsit, cujusque investigatio quum futurum meum vitae degendae genus spectet, etsi forte multis arida videatur, mihi eo fuit jucundior, quo majores molestias et difficultates in persolvendâ insigni librorum copiâ superasse mihi visus sim: hoc etiam igitur in causis fuit, ob quas non tam cito, quam caeteroquin voluissem, eruditorum examini hanc qualemcumque disquisitionem submittam, quam ita disposui, ut* 3 Capitibus *totam rem absolvam, loquendo*

Cap. I. De Juribus Typographorum et Bibliopolarum in Regno Belgico, quod ad librorum proprietatem;

Cap.

Cap. II. De eorumdem juribus, quod ad librorum editionem;

Cap. III. De eorum juribus in Collegiis suis, *Gilden* dictis;

Cui Capiti III *generaliora quaedam* de Gildis patriis in universum *praemittere non abs re visum est.*

Uti autem in tractandâ integrâ materie mihi veniam pro laude *peto, ita in primis in iis, quae Belgium Meridionale spectant, quia pauciores nobis ex hac regione fontes historici adsunt, quos tamen indefesso studio investigare et adire suadebat Dissertationis argumentum.*

Lubens quaedam de laudibus mercaturae, in primis quòd ad rem librariam in Belgio, de insignioribus Typographis et Bibliopolis patriae nostrae, de praestantiâ et necessitate libertatis preli, deve aliâ, quae huc spectaret, materie, nonnulla addidissem, ad quae investiganda animi indole magnopere feror incitorque, nisi probè conscius essem, me terminos, qui dissertationibus poni solent, jam nimis longe esse transgressum. Hanc autem disquisitionem acuto quidem, verum et aequo judicum oculo committens, si quae habeant Viri expertissimi, quae vel emendare vel addere velint,

 mi-

mihi ſuppeditent enixe rogo, in iisque transmittendis (ſi forte otium iis adſit, indolesque ferat) magnum mihi praeſtabunt beneficium, meque ſibi ſemper devinctisſimum reperient. Haec de ſcriptione.

Antequam tamen ad ipſum penſum transeam, facere non posſum, quin Vobis, Viri Clarisſimi, praeceptores aeſtumatisſimi, Juris in hac Academiâ Antecesſores, SMALLENBURGI, HAGEMANNE, KEMPERE, TYDEMANNE, *gratias agam integerrimas et maximas pro egregiâ et multiplici inſtitutione, ſaluberrimisque praeceptis, quibus uti mihi contingere licuit. Vivite diu incolumes, felices, beneficia permulta ad ſummum usque ſenium in ſtudioſam juventutem collocantes.*

Utinam et, Vos compellando, Vobis jungere posſem Virum, quem fatum nobis, eheu! erepſit, utinamque gratias non minus ex pectore hauſtas, ſinceras, et intimas pro optimis praeceptis referre posſem patruo magno meo, DIONYSIO GOTHOFREDO VAN DER KEESSEL, *quem venerandum ſenem, medio meorum juridicorum ſtudiorum curſu, triennio abhinc, amiſi et doleo, amiſerunt et dolent adhucdum Academia Lugduno-Batava, Belgiumque*

que eruditum, quibus per dimidium Saeculum summo honori fuit.

Nec minus Vobis gratias ago habeoque quam maximas, qui reliqui in hac almâ Musarum sede Praeceptores mihi exstitistis in variis doctrinarum generibus, ad quae me rapuit et lubido et doctrinarum momentum; Vobis, Viri Clarissimi, Doctissimi, TE WATERE, REAMA, WYTTENBACHI, SIEGENBEEKI, WYNPERSSI, BAKI, REUVENSI, KAMPENI, *quorum tradita praecepta etsi non proxime ad Juris studium facientia, tamen cum eo non parum cohaerent, quum omnibus artibus doctrinisque ad humanitatem pertinentibus insit quoddam commune vinculum. Vestrum, tum praelectionibus interesse, tum complurium familiari et utili consuetudine ita frui mihi licuit, ut earum recordatio memoriâ meâ numquam elabetur. Servet Vos omnes Deus Omnipotens diu salvos et incolumes in florem prosperitatemque et hujus Academiae et orbis eruditi.*

Doleo autem quam maxime me Vestrum seriei annumerare non posse BRUGMANSIUM, *Virum Summum, cujus lectiones de* Historiâ Naturali *per triennium continuum adieram, quemque dira*

fato nuper amisimus, imo, qui ex nostrorum omnium quasi amplexu et admiratione subitâ morte raptus est, ex cujus ore omnes pendebamus, cum ipsi praeceptores, tum eruditi alii, tum studiosa juventus. Sed aliter voluit Ille, cujus consilia saepe nobis occulta sunt: lugemus fulcrorum hujus Academiae unum. Sit ipsi terra levis.

Interim gratus animus Vos oblivione praeterire vetat, V. V. Cl. Cl., non in uno doctrinae genere praeclari, TYDEMANNI, *Pater et Fili, quorum ille fere a teneris inde studia mea informare, uterque autem non solum intimâ et domesticâ familiaritate me excipere et quasi cumulare non recusavit, verum et insigni benivolentiâ, studiorum meorum cursum ita direxit, ut si quid profecerim, quod scio quam sit exiguum, Vobis permultum debeam. Utriusque monitis in primis eo deductus sum, ut hanc mihi materiem scribendam sumserim; uterque benigne permultos fontes mihi commodavit. Quasnam Vobis pro auxilio praeceptisque referam gratias, dubius haereo. Vivite felices; conservet Vos D. O. M. per longum annorum seriem in hujus Academiae decus et culmen; Tibique, cujus Juris praelectionibus imprimis interesse*

esse mihi licuit, Eruditissime Fili, Promotor aestumatissime, qui iter in Germaniam triennio abhinc suscepturus, me non indignum judicasti, qui comes Tibi forem, Tibi sit senectus tam viridis, validaque, quam qua adhucdum fruitur, diuque fruatur optamus, Pater, venerandus senex.

Atque Te, Celeberrime BILDERDYK, *inter praeceptores meos adspiciens, nescio quo pacto, commoveor; nescio, utrum magis singularis Tua comitas et benivolentia in excipiendo, an vasta et inmensa eruditionis copia laudibus extollenda celebrandaque sit. O felix tempus, quo ante biennium Leydam migrares! Semper cum aliarum doctrinarum praecepta, tum in primis Historiae patriae nostrae a primis ejus inde incunabulis institutionem, in quibus audiendis ex ore Tuo pendebam, grato animo ad ultimum vitae spiritum in memoriam revocabo, et inter felicissima, quae mihi unquam contingere licuerint, semper recensebo. Utinam ultima vitae pars, postquam praeteriti anni Tibi tantopere turbarum, molestiarum, morborum pleni exstiterunt, hic tranquilla et jucunda Tibi diffluat, atque et patriae et literis et cuicunque doctrinae generi diu adhuc serveris sospes et incolumis.*

De-

Denique et Tibi gratias agere inter officia duco gratissima, Doctissime BOSSI, *Gymnasii Leydensis Rector. Fuisti, cui in primis ea debeo, si quae fuerint, quibus munitus hanc almam Musarum sedem adii. Tu mihi ardorem literarumque amorem infudisti, Tuorum et saluberrimorum, et amicissime traditorum praeceptorum in omne tempus recordabor. Vale interim vigeque, Vir Doctissime, Tuisque auspiciis diu floreat Gymnasium Leydense.*

Vos tandem, quibuscum amicitiae vinculis, sive in sodalitiis amicissimis, sive alio modo junctus fui, quibus jam valedicendum, quum plurimi Vestrum alio avocabuntur, Vos, quoquo vos vertatis, numquam obliviscer: ne et ego vestrâ memoriâ elaber, unice peto. Sint Vobis fausta fata.

DIS-

DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA,

DE

JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM IN REGNO BELGICO.

CAPUT I.

DE JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM QUOAD LIBRORUM PROPRIETATEM.

In ipſo Diſſertationis initio ſtatim in mentem venit optimum illud CICERONIS praeceptum (1): „Omnis, quae a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, de quo diſpùtetur." Quod ne a nobis negligetur et vilipendatur, obſervandum eſt, primarium objectum, circa quod verſantur jura quaevis, quorum recenſionem nobis propoſuimus, es-

(1) *De Off.* L 2.

esse *Libros*. Etsi nunc omnes sciamus, quid *liber* sit, quum tamen forte primo obtutu id statim a quovis definiri nequeat, ob eam ipsam rationem, quod definitionem rei tam vulgaris saepe non curemus, atque simul definitiones, i. e. distinctas simul et brevissimas notionum explicationes dare rebus facillimis accenseri nequit: ecce adjiciamus definitionem Kantianam (2). „Liber est scriptura (ni-
„ hil refert, utrum calamo, an typis, multis, an
„ paucis paginis, sit exarata) sermonis vicem sus-
„ tinens, quem aliquis notis et signis verba et co-
„ gitationes significantibus, quae oculis perspici
„ possunt, ad populum habet. — Is autem, qui
„ ad hunc populum verba facit, auctor (*Schrijver*)
„ vocatur."

Jam vero inquiramus in naturam *Juris*, huicce auctori vel aliis competentis, *quod librorum proprietatem* (*eigendomsregt*) *spectat*.

§. I.

De Jure proprietatis librorum.

Uti cuivis homini in materiem, quam ex suis rebus componit, jus indubitabile competere nemo negabit, ita et scripta, quae ex industriâ et ingenio oriuntur, ingenii fructus, quos *auctor* ipse pro-

(2) IMM. KANTII *Elem. Metaphys. Juris doctrinae*, Part. I. sect. 3. *vers. Lat.* KÖNIGII, pag. 126 sq.

producit, alit, fovet, ſancto jure ſolus posſidet: id ab omni tempore a majoribus noſtris concesſum et agnitum est. Saltem quod ad Belgium Foederatum id oſtendere conabimur. Jura enim proprietatis, quae in Belgio olim Catholico obtinuerunt, aeque late recenſere non posſumus, quia nobis pauca ea de innotuerunt. Quae autem habeamus, breviter ſuo loco referemus. Utroque enim Belgio nunc in unum Regnum conjuncto, mihi nullo modo incongruum viſum est, quid per univerſum Regnum juris fuerit, et adhuc ſit de jure proprietatis librorum deque eorum editione inveſtigare, atque pro viribus hoc et ſequenti Capite exponere.

A Belgio igitur Foederato incipiamus. Notiones tamen quasdam generales praemittamus.

Quamprimum auctor opus ſuum edi deſiderat, Bibliopolam adiens, rogat, utrum velit librum MStum typis mandare et edere; variis modis id fieri potest. — Si Bibliopola annuens, auctori pecuniam pro editione ſtatutam ſolvit, ſive *honorarium*, quod vocant, ei praeſtat, proprie loquendo locum habet contractus, qui dici posſit Emptio Venditio; ſi gratis opus ab auctore nummos non curante, accipit, obtinet mera promisſio. MStum autem ſic in dominium Bibliopolae pervenit, qui igitur jure in re illud posſidens, nunc accepisſe dicitur *Jus Copiae* (*Kopijregt*), id est, primâ vocis ſignificatione, jus MStum typorum ope deſcribendi (*Kopiëren door den druk*). Liber autem MStus a Biblio-

polâ, si ipse etiam Typographus sit (3), hujus autem jussu et impensis, alieno prelo, si Typographiam ipse non exerceat, typis mandatur, et nunc a domino, id est Bibliopolâ, vocatur *Copia* (*Kopij*), cujus proprietatem venditor modo Bibliopolae cedit; qui jam (ut ad Kantiana (4) redeamus), nomine alterius (auctoris) per scriptum palam loquitur, et *redemptor* dici potest. Sic si auctor omne jus cedit. — Quodsi autem jus in opus typis mandatum, jus copiae servare velit, majus forte lucrum sibi inde partum iri perspiciens, nihil eorum, quae diximus, obtinet. Suis impensis auctor opus typis mandari et edi curat, ita ut Typographus et Bibliopola non nisi auctoris jussa exsequantur, mandatariorum ad instar. Auctor exemplaria ipsi Bibliopolae vendit, ut hic suâ vice ea quaquaversum spargat. Nunc et sibi, et aliquatenus posteris servat auctor jus Copiae. — Utriusque edendi modi tamen prior antiquitus magis obtinuisse videtur.

Quae jam sequuntur, non semper in variis, quas patria subiit mutationibus, eadem fuere. Sive enim constitutiones avitas Belgicas, sive recentiores post re-

(3) Antiquitus semper, nec sine ullâ exceptione, quantum sciam, omnes Typographi erant Bibliopolae, licet recentioribus temporibus hac in re quaedam obtinuerit differentia: dum sub Gallis eramus, ad calcem tituli quovis in opere adjungenda erant vocabula: *Imprimeurs-Libraires*, vel *Imprimeurs*.

(4) *l. l.* pag. 127.

rerum conversionem ad finem praecedentis saeculi, sive eas, quas Imperator Gallicus nobis obtrudit, quum immenso Imperio arctissime nos conjungeret, sive eas, quae in recens liberatâ patriâ vigent, accuratissime intueamur, differentia satis magna se nobis offert.

Olim enim Bibliopola, casu 1°., vel ipse auctor casu altero, proprietate, de qua diximus, freti, *Privilegium* (*Octrooy*) operis editi, inde a Saeculo XVI exeunte (privilegia enim ante hoc tempus data non vidimus) ab Ordinibus Provinciae suae petebant. Hinc Ordines Hollandiae et Westfrisiae die 28 Junii 1715 (5) proprietatem litterariam, hoc pacto acquisitam agnoverunt fundamentum privilegiorum, quae concedebant; ita tamen ut privilegia etsi concessa, forent nulla ex decreto Ordinum, si deinceps comperiretur, proprietatem non exstare. *Privilegia* autem, de quibus hic sermo est, non erant quasi *privae leges*, jura quaedam priva, specialiter concessa, (*voorregten*), qualia v. c. urbibus, vel regionibus a summo Imperante numerosa dantur: sed *cautiones* (*waarborgen*), quibus operis *proprietario*, (sit venia verbo), i. e. vel auctori, vel Bibliopolae, si hicce proprietatis jus emptione acquisiverat, cavebatur de aliis Bibliopolis, eundem librum edere volentibus, id est, de *contrafactoribus*, qui satis barbare dicuntur, (*na-druk-*

(5) Cf. CAU en SCHELTUS, *Groot Placaat-Boek*, V. 609. WILTENS, *Kerkelijk Placaat-Boek*, III. 282.

drukkers), de quibus, ut et de privilegiis plura deinceps dicemus §. 2.

Si autem vel auctor, vel ille Bibliopola, qui proprietarius salutabatur, jure proprietatis non gauderet, si Ordines fefellisset, jus fictum prae se ferundo, corruebat per se privilegium, quod, uti monebam, nullum erat beneficium, verum cautio a parte Ordinum, se et auctoris jus vindicaturos, et *contrafacta* (*nadrukken*) poenis statutis plexuros. Ordinum reliquarum regionum de eadem re sententia mihi ex documentis non innotuit; videntur tamen cum Hollandis consensisse.

Ita specialibus concessionibus, nemine quaestiones obmovente, manserunt et jus copiae, et privilegiorum dationes per duo integra Saecula. De ipso librorum Commercio ante mensem Decembrem A. 1796. (de quo mox videbimus) nulla lex in patriâ nostrâ lata fuit. Collapsâ autem sub finem Saeculi praecedentis gubernationis formâ in Belgio, et juribus omnium civium adaequatis, quum omnes Libertatem, Aequalitatem, Fraternitatem praedicarent, etiam nemini amplius privata jura competere poterant. Nunc abolebatur mos privilegia concedendi, de qua abrogatione probandâ complura exhibentur in prooemio amplo decreti Regiminis Provincialis (*Provintiaal Bestuur*) Hollandiae, quod pro solâ Provinciâ Hollandiâ tulerunt die 8 Decembris 1796 (6), et in quo totidem verbis dicitur

(6) Cf. *Verzameling van Publicatien van het Provintiaal Bestuur*

tur (7): *Dat van nu voortaan geene Privilegien of Octroyen tot het drukken en uitgeven van eenige Boeken of stukken zullen worden verleend, als strijdende tegen de thans aangenomene grondbeginselen, volgens welke ieder Ingezeten eene aanspraak heeft op de beveiliging van zijnen regtmatigen eigendom* (8). Jus copiae tamen interea incolume servabatur unicuique Bibliopolae (nam hoc loco auctoris mentio non fit); additur enim: *dat diensvolgens, wanneer eenig Boekverkooper in deze Provincie een origineel werk uitgeeft, waarvan hij het zoogenaamde regt van Copie bekomen heeft — hij daardoor het regt verkrijgt, voor zich, zijne erven, en regtverkrijgenden, om dat werk uittegeven op al zulke wijze, als hij zal goedvinden;* ALS ZIJNDE HET GEMELDE REGT EEN EIGENDOM, WAAROP NIEMAND BUITEN ZIJNE TOESTEMMING AANSPRAAK HEEFT, EN WAARIN NIEMAND HEM MAG BENADEELEN (9).

Eodem statu remansit res usque ad annum 1803, ante quod tempus, quantum sciam, in nullâ aliâ Provinciâ, praeterquam in Hollandiâ, mutatio exsti-

staat en Provintiaal Committé van Holland en de Nationale Vergadering, representeerende het Volk van Nederland, V. Dl. No. 202.

(7) Semel monuisse sufficerit, me legum verba sermone vernaculo referre maluisse, quum hic de ipsorum verborum privâ significatione agatur, quae in Latinum sermonem versa, semper aliquid ἐνεργείας suae amittunt.

(8) *Art.* 1.

(9) *Art.* 2.

ftitit. Eo tamen anno, die 3 Junii Concilium legibus ferundis vacans decrevit, fummi Magistratus Reipublicae Batavae (*het Staatsbewind der Bataaffche Republiek*) promulgarunt legem, omnibus regionibus Reipublicae communem, quaeque multis in rebus, praefertim et *art.* 1. plane cum fuperiori lege convenit, dum porro additur: *dat diensvolgens, wanneer iemand in de Bataaffche Republiek een oorspronkelijk werk uitgeeft, waarvan hij het gewoonlijk alzoo genoemd Regt van Copij* OF BEZIT, OMDAT HIJ ZELF DAARVAN DE OPSTELLER IS, OF OM NIET, OF VOOR GELD, OF OP EENE ANDERE, MITS WETTIGE WIJZE, BEKOMEN HEEFT, (en uterque casus, quem hujus §. initio attigimus) *hij daardoor, zoo voor zich zelven, als zijne Erven het regt heeft of verkrijgt, om dat werk uittegeven — op al zulke wijze, als hij zal goedvinden,* ALS ZIJNDE HET GEMELDE REGT VAN UITGAVE EEN EIGENDOM, WAAROP NIEMAND BUITEN DESZELFS TOESTEMMING WETTIGE AANSPRAAK HEEFT, EN IN DE UITOEFENING VAN WELK REGT NIEMAND HEM MAG BENADEELEN (10).

Qui deinde rerum fummâ penes nos potiti funt, et Reipublicae Ordines post novam regiminis formam A°. 1805 introductam, et Gallicus Rex Ludovicus, hanc rem filentio praeteriere; vix autem ac ne

(10) *Art.* 2.

ne vix quidem Francorum Imperator Napoleo, anno 1810 Regnum Hollandiae, Belgium olim Foederatum, fragmentum limosum, quod fensim fensimque continenti adhaesit (ut administri et adulatores ejus ferebant), nunc alluvionis jure ripae inhaerens, immenso suo junxerat imperio: vix illud acciderat, quin leges Galliae non solum amplecti deberemus, verum et lex a Napoleonte, die 5 Februarii ejusdem anni 1810 lata decreto diei 9 Aprilis sequentis anni 1811 vim et efficaciam acquisivit in regionibus olim Hollandicis. Quae autem hoc decreto 5 Februarii continentur quod ad praesentem de jure proprietatis disquisitionem, haec sunt: Decreti *Tit°.* VI. *de la Proprieté, et de sa Garantie* insunt articuli, sic se habentes: *Le droit de proprieté est garanti à l'auteur et à sa veuve pendant leur vie — et à leurs enfans pendant vingt ans* (11). *Les auteurs, soit nationaux, soit étrangers, de tout ouvrage imprimé ou gravé, peuvent ceder leur droit à un imprimeur ou libraire, ou a toute personne, qui est alors substitude en leur lieu et place pour eux et leurs ayant-cause, comme il est dit à l'article précédent* (12).

Quae

(11) *Art.* 39.

(12) *Art.* 40. Invenitur haec lex in libro, qui dicitur: *Collection des Lois et Décrêts Imperiaux relatifs à l'Imprimerie et à la Librairie suivie des instructions administratives, qui s'y rapportent, à Amst. et à la Haye, chez les frères van Cleef,* 1811. Franc. et Holl. pag. 1—21.

Quae in fundamento et fequelis horum articulorum nos offendant, ftatim indicabimus.

Tota haecce cautio (*garantie*), nobis novi quid conftituens, procul dubio a Gallico Imperatore fumta erat ex lege, quam die 19 Julii 1793 tulerant, qui tunc temporis Reipublicae Gallicae, fere anarchiâ laboranti, pracërant, vel fe ipfi praefecerant, conftituentes (13): *Les auteurs d'écrits en tout genre — jouiront durant leur vie entiere, du droit exclufif de vendre, faire vendre, diftribuer leurs ouvrages dans le territoire de la République, et d'en céder la propriété en tout ou en partie* (14). *Leurs héritiers ou cesfionnaires jouiront du même droit, durant l'espace de dix ans après la mort des auteurs* (15). Quae hanc legem quod ad *jus copiae* antecederent placita, nec in repertorio legum Gallicarum *notâ* 12 citato adfunt, nec caeteroquin ulla indagare potui. Videtur juris copiae notio non ita diftincte cognita fuisse: Bibliopolae olim apud Gallos, privilegio muniti, libros edebant, iique a contrafactoribus cavebatur, at deditâ operâ nulla fuit prodita lex, qua jus copiae ipfis verbis auctori aut Bibliopolae asfignabatur (16). Videntur igitur principia legis A^{i}. 1793 originem petere ex eo, quod au-

(13) *Ibid.* pag. 38, 40.

(14) *Art.* 1.

(15) *Art.* 2.

(16) Sic patet ex iis, quae habet MERLIN in *Répert. univerfel et raifonné de Jurifpr.* in v. contrefaçon.

auctores in Galliâ tunc forte magis quam antea in scribendo lucrum etiam spectantes, cum olim vel nullum vel parvum honorarium accepisſent, nunc plerumque summo jure laboris et studii in opere scribendo adhibiti peterent praemium aliquanto majus, quam ante medium Saec. XVIII. in usu fuerat. (Idem jam paullo ante in Germania frequenter obtinere coepit). Verum merito quis observet: quare hac de re lex lata est, quum ea omnia intra limites privati contractus includi possint? Forte praevidebantur rigae inter Bibliopolas et auctores, quorum hi prae se ferrent, quod scribebant, in suo esse dominio: illi, quae edebant, antea saepisſime minimâ pecuniâ, imo nonnumquam gratis accepisse. Fieri facile potuit, Bibliopolis majori lucro antea assuetis, hoc primâ fronte non placuisse, atque jam legem A°. 1793 exiisse, conscriptam ab auctoribus, vel ab iis, qui auctoribus faverent. — Accedit insuper ad intellectum hujus legis, apud Gallos saepe in usu fuisse casum alterum, a nobis *hujus* §ᶦ. initio traditum, ut ipsi auctores suis impensis librum a Typographo exarari curarent, exemplaria sua Bibliopolae vendentes, ut hic ea ubivis spargeret, ipse auctor jus in opus suum, Jus copiae reservaret: quo spectat Gallorum mos, auctores saepe suis in aedibus operis sui exemplaria venumdare, dum in titulo praeter Bibliopolam unum vel plures, ubi opus prostat, legatur etiam *chez l'Auteur:* nonnumquam solus auctor etiam venditor est. Si autem ponamus, casum illum, auctorem servare Jus copiae,

piae, jam saepius ante magnam rerum conversionem in Galliâ A°. 1792 obortam, locum habuisse, *sequentem* legi A¹. 1793 originem tribuere possumus, ut quum in ea regione statuta quaevis avita particularia permutari deberent novis Codicibus, etiam jura auctorum antea scripto non tradita, lege constitui deberent. Videant aequi judices, quaenam legis origo praeferenda sit; forte utraque concurrit.

Post 17 annos, aliâ licet regiminis formâ in Galliâ obtinente, exiit A°. 1810 nova lex, cujus tamen *artt.* 39 et 40 *articulis* 1 et 2 prioris legis respondebant, et quasi superstructa erant. Mutaverat tamen quaedam legislator. Post ipsum auctorem mortuum, A°. 1793 in censum venerant *haeredes* aut *cessionarii*, A°. 1810 *vidua*, et *liberi*. Ab alterâ parte jus restrictum est, quandoquidem *haeredes* latius patent, quam *uxor* et *liberi*; sed ab alterâ parte extensum, quum tempus, per quod post auctoris obitum jus copiae inhaerere pergit, antea 10 annorum fuerit, deinceps duplicatum sit. Quod nunc ad ipsam hujus juris naturam attinet: omnia primae editionis exemplaria aut statim, aut tractu temporis vendita sunt Bibliopolae, aut si non vendantur, servat ea auctor aut ejus uxor liberique, ita ut temporis spatium juri copiae *artt*. 39 positum, tantummodo pertineat ad illum casum, quo, venditâ primâ editione, nec elapso tempore, altera editio conficienda est; pro hac autem ipsi adhuc viventi, aut si obierit, ejus viduae aut liberis a Bibliopola pecunia quaedam solvenda erit, de qua inter eos convenire

debet, nisi auctor et Bibliopola tempore editionis primae, casum iteratae editionis (*herdruk*) praevidentes, pecuniam eo casu solvendam definiverint et stipulaverint. Post tempus autem 20 annorum a patris obitu non transire ad civitatem jus in librum ipsum, sive in exemplaria superstitia (quod jus non nisi indirecte *jus copiae* dici potest, *het regt van kopiëren door den druk*), sed unice jus in casu iteratae editionis, patet ex decreto, quod ipse Napoleo die 29 Aprilis 1811 edidit, cujus *art.* 1. sic audit: *Il est établi dans toute l'étendue de notre Empire, un droit d'un centime par feuille d'impression, sur tous les ouvrages connus en imprimerie sous le nom de labeurs*, (boekwerken) — *si ces ouvrages n'appartiennent à aucun auteur vivant ou à ses héritiers.* Fiunt igitur editionis alterae jam conficiendae exemplaria *domaine public*, quod dicitur, atque onus in hocce *art.* operi impositum, Bibliopolam in casu iteratae editionis gravare quisque videt. Deinceps huc redeundum erit. — Interim offendunt in utraque lege Gallicâ alia quaedam, quum ex *art.* 2. legis A¹. 1793 et *art.* 40. legis A¹. 1810 pateat, auctorem jus proprietatis, sive copiae vendere posse non solum Typographo et Bibliopolae, quod ex rei naturâ sequitur; non solum viduae et liberis, qui ex mariti et patris bonis post ejus mortem alendi sunt; sed *cuivis alii.* Id enim ex legum verbis, Art. 2. *héritiers*, *ou cessionaires* (*regtverkrijgenden*), et Art. 40. *les auteurs peuvent céder leur droit — à toute personne*, prono alveo

ſequi debet; non nobis offendunt T. nec B. nec vidua, nec liberi, ſed ipſi hi extranei, a quibus igitur eo caſu Bibliopola, ſolutâ pecuniâ pro lubitu ab extraneis ſtatuendâ petere debent veniam novae editionis parandae. Hi extranei, aut cognati agnative remotiores, aut nullo ſanguinis vinculo auctori juncti, plerumque multo minus etiam Bibliopolis ullo nexu junguntur. Dum tamen ab alterâ parte alii justitiam hujus late patentis auctorum potestatis defendant, arguentes, 1°. auctorem jus in dominio habere: de iis autem, quae in dominio habeamus, pro lubitu disponere nos poſſe; (at reſpondemus, ſi igitur auctor ſtricto jure extraneis jus vendere poſſit, benevolentiam tamen ſuadere, eum id non facere, niſi in favorem Typographi vel B.). 2°. hunc caſum proponunt: ſunt duo auctores, Cajus et Maevius; Cajus obiens, jus ſuum, quum uxor non adſit, ad filium Sempronium transmittit, qui tamen intra annum moritur; Maevius moriens filium Titium haeredem relinquit, qui per integros 20 annos, quos lex concedit, jure copiae in caſu iteratae editionis fruitur; quare, inquiunt, Titio nunc magis licet jure frui, quam cognatis, agnatisve Sempronii, qui forte opibus indigeant? (at reſpondemus, primo, hoc eſſe caſum ſingularem, atque inſuper, ſemper ad deſcendentes devolvi debere bona patris, ſi autem reliqui cognati agnative quidquam accipiant, id quidem ex juris principiis deberi, verumtamen nonniſi aliquid caſu accedens ad ea, quae ipſi jam poſſidebant, ſpectandum

dum esse). Verum jam nimis diu huic loco inhaesimus; ad alia hujus legis transeamus. — Potuit haec lex in *Galliâ* bona esse, ubi, ut verbo monebam, auctores complures suis impensis opus edunt, et hujus editionis exemplaria, vel omnia, vel eorum partem Bibliopolis vendunt, aut ipsi, licet carentes eâ late spargendi occasione, qua Bibliopolae sibi prospiciunt, tamen, quum lingua Gallica nunc in ingenti orbis terrarum parte legatur, aliquatenus spargunt et vendunt: (quamquam persuasum nobis fit, auctoribus in universum huic mercaturae generi nec opportunum tempus, nec propensionem fore.) Haec quod ad ipsorum Gallorum de hac legislatione sententiam et opinionem satis disputata sunto. — Contra vero, *Belgis*, in primis Septemtrionalibus, Belgis olim Foederatis lex A°. 1810 parum grata fuit. Derelinquebat enim et silentio praeteribat lex casum primum edendi libros, quem initio *hujus* §. proposueramus, quique penes nos maxime in usu erat, longe magis, quam de quibus loquuntur *artt.* 39 et 40. Auctorum potestas in lege latius extenditur; saltem si eandem extensionem jam antea tacite habuisset, de quo vehementer dubitamus, nunc verbis expressis describitur. Praeteribat pro casibus peculiaribus casum *penes nos* generaliorem, quo auctor MStum suum pro pecuniâ majori vel minori, quae tamen meritis operis et labori auctoris aequiparata esset, quaeque *honorarii* titulo veniebat, Bibliopolae traderet, rite perfectâ Emptione Venditione; in omni enim E. V.

id

id agitur, ut res, five merx pro certo pretio folvatur, *l.* 1. §. 1. *l.* 2. §. 1. *ff. de contrah. Empt.* quum autem E. V. perfecta fit, fimulac de re tradendâ et pretio pure convenerit. *pr. Inst. de E V.* multo magis cenferi potest perfecta, resque una cum omnibus juribus annexis in emptoris dominium tranfit, fimulac pretium folutum fit. Hocce in cafu, omnium apud nos vulgatisfimo, ut fupra monebamus, Emptione Venditione omnibus fuis juribus, ut ex contractus naturâ probavimus, renunciabat auctor, Ita ut occafione iteratae editionis forte obtinentis, Bibliopolae hoc lucrum inhaereret. Tranfiit hunc cafum, aeque ac fi numquam exftitisfet uterque legislator Gallicus (A°. 1793 et 1810), licet inter legis fcopos primarios hic fit, generaliora conftituenda esfe, quae exceptiones patiuntur et admittunt nonnullas, et licet nobis perfuafum fit, non omnem auctorem impenfa ad omnium librorum fuorum editionem parandam foluta, fibi imputari velle, verum faepius contentus fit, ubi jus copiae vendiderit Bibliopolae. Et revera hic omisfus cafus ipfi auctori lucrum majus afferebat, quam uterque cafus, quem habent *artt.* 39 et 40, in quantum *art.* 40 post aliquod tempus auctor jus copiae reliquorum exemplarium et jus iteratae editionis usque ad 20 post mortem annos Bibliopolae cedit et vendit. Lucrum, inquam, auctori ex praetermisfo cafu profluens, majus videtur; nunc enim ftatim habet pecuniae quantitatem haud parvam, qua quovis modo fibi et fuis fapienter uti potest. — Si autem

autem auctor fervet jus copiae, (cafum enim nobis ponamus) exemplaria complura Bibliopolae vendit, ut hic ea fpargat, quovis modo posfit: quod ut faciat, quaevis ei tentanda funt media, propter parvam terrae extenfionem, ubi linguam nostram callent homines, quae media quin auctori rata cesfisfent, vehementer dubito: auctor mercator fieri nequit. Jam exemplaria non vendita fervat interim auctor fibi et posteris. At vero ea est nostrorum temporum conditio, ut foras prodeunte ingenti librorum copiâ, alter alterum detrudat, et temporis quodam fpatio praeterlapfo, plurimi libri non amplius legantur nec vendantur; post paucos igitur annos lucrum magis magisque minuitur. Sic imprimis obtinet quod ad opera fyftematica, et doctrinarum theorias, quarum alias alias excipientes videmus. Etfi modo generaliter loqueremur, tamen exceptiones a libris post paucos annos non amplius lectis funt notisfimae; opera hic illic apud nos exeunt, quibus auctores immortalem fibi gloriam decusque comparant. Ne hi auctores dictis nostris offendantur, vehementer petimus. At vero, velis non obtendenda est veritas; nonne haec temporum injuriis illaefa opera exiguam partem librorum quotidie foras prodeuntium efficiunt? Reliqua opera primo post editionem quinquennio maxime venduntur, quo praeterlapfo homines magnam librorum molem aut obliviscuntur, aut exemplaria a Bibliopolis nova emere recufant, et alio modo libris potiuntur. Si auctor nunc post tempus quoddam, dum putavit fe-

sat lucri percepisse, jus copiae integrum, cum exemplaria superstitia, tum jus in casu iteratae editionis Bibliopolae ex *art.* 40 vendat, tunc sponte ex iis, quae supra attulimus, patet, non tantum exemplarium numerum venditum iri, quantus jam venditus est, atque auctorem plerumque ex hac venditione non illud sortiri lucrum, quod sibi antea proposuerat. — Quod si ad iteratam editionem transeamus, de qua manifesto *art*[us]. 39 agit, inde pecunia quaedam auctoribus aut eorum haeredibus, qui jus copiae servarunt, a Bibliopolarum parte redundat; primo obtutu id auctoribus satis proficuum. At quam exiguus est numerus librorum, qui penes nos iterum typis mandantur; fatebunt ipsi auctores, iteratas editiones nunc rariores esse. Et quam parum illae obtinebant, dum sub Gallis essemus, quo tempore ob complures causas nummos sibi servare eosque rebus magis ad τὰ πρῶτα vitae necessariis expendere multi studerent. Ne quis mihi objiciat (ut auctoribus per illos 20 annos jus copiae vindicet) casum iteratae editionis, prioribus obtinere post primam editionem annis. Ipsi afferam statim iteratas editiones auctorum Latinorum et Graecorum, et in genere libros complures linguâ Latinâ a viris eruditissimis conscriptos, et 50,100, imo 200 annis post eorum mortem, eodem, non raro majori ardore quaesitos, quam dum in vivis essent ipsi scriptores, aut si de auctoribus *classicis* (qui dicuntur, et maxime hic in censum veniunt) res sit, acrius petitos, quam dum viverent Veterum editores et commentatores, e quibus hodier-

dierni, dum vel sub Gallis essemus, id probo conspicientes, plerumque non curarent jus copiae, quippe quod ex lege Gallicâ, 20 annis post ipsorum mortem elapsis ad civitatem pertineret, sive fieret *domaine public*, dum ex lege 29 Aprilis 1811 opera recudi non possent, nisi vectigali soluto. — Sic probavimus, ni fallor, auctoribus magis prodesse, si statim MStum Bibliopolae vendat, et omnia cedat. Ab alterâ autem parte Bibliopola jura sibi *solus* habere amat, quum jurium communio saepe mater sit discordiarum. Quidquid alii aliam sententiam sequantur, nobis pro Bibliopolis pronuntiandum. — In utraque lege Gallicâ aliud severum quid observamus, ubi jus copiae casu editionis iteratae obtinens evanescit, 10 annis (ex lege A^i. 1793) vel 20 (ex lege A^i. 1810) a morte auctoris. Jam severum videtur 1°. si auctor jus in librum ad mortem usque servaverit, annis nonnullis post patris obitum liberos, post mariti obitum uxorem, privari juribus in ea, quae pater aut maritus auctor scripsit, juribus nempe iteratae editionis; sunt libri ingenii fructus, quos nemo, ne legislator quidem, auctoris haeredibus adimere posse videtur. 2°. Si Bibliopola, honorario pro MSto praestito, jus omne in opus acquisiverit, aut si postea, tempore quodam praeterlapso, emerit jus copiae ab auctore, ita ut nunc ad ipsum et posteros *artt*. 39 et 40 referri debeant, nobis videtur incongruum, imo severum, si 20 annis post patris aut mariti obitum, obtineat casus iteratae editionis, liberos aut uxorem eo jure privari,

ri, quod pater aut maritus rite perfectâ E. V. acquisierant. — Haud parum injustae hujus agendi methodi nulla vestigia in jure avito patrio deprehendimus. Auctor in casu valde raro, quo MStum non venderet, servabat jus copiae sibi et posteris in perpetuum: idque jus perpetuum Bibliopolae competebat, si id ab auctore emisset. — Neque ad jus copiae more Gallico coarctandum facit quidquam (quod prae se ferunt nonnulli), auctores et Bibliopolas, tempore statuto elapso, jam satis lucri percepisse, adeoque facile jure privari posse; ob lucrum justo perceptum nemo a juribus suis potest destitui. Interim scopum Napoleontis, *art*. 39 jura coarctantis bene callemus, postquam vidimus decretum 29 Aprilis 1811, quo, post elapsum tempus, iterata editio vectigali gravatur a Bibliopola solvendo cuidam fisco, unde sustentaretur, quae dicebatur *la Direction générale de l'Imprimerie et de la Librairie*. Quidquid sit, accensenda videtur haec ultima agendi ratio reliquis Napoleontis actis callidis et injustis. — Sed jam satis de legibus Gallicis vidimus.

Etsi autem lex 5 Febr. 1810 nobis hoc respectu non placeret, fato cedendum erat; simulac vero patria nostra (heu quantum et quamdiu juribus suis privata!) anno 1813 ad finem vergente, virorum, summâ laude in aeternum dignissimorum, virtute in libertatem vindicata esset, fieri non poterat, quin in universum multa, quae Galli instituerant, quippe et severe saepius constituta, et, licet Gallis forte bo-

bona, nostris tamen moribus obversa, aboleri deberent. Inter illa, quae primam Principis Auriaci carissimi, patriae redditi curam excitabant, erat speciatim res Prelii et Librariae. In decreto ea de re à Principe lato, die 24 Januarii 1814 (17), inveniuntur nonnulla, quae elucidata ex lege 3 Junii 1803 (18) sic se habent: *De Fransche Wetten en Reglementen, betrekkelijk de Boekdrukkerij en den Boekhandel, daaronder begrepen die, welke de Nieuwspapieren betreffen (19), zijn van dato dezes, geheel en al afgeschaft* (20). Jam Gallico jure abrogato, de recentiori et patrio videamus. Pergit legislator. *Elk die een oorspronkelijk werk — uitgeeft, waarvan hij het regt van kopij als opsteller, of anderzins*, (emendo ab ipso auctore, uti quisque ea, quae [illegible] in

(17) Cf. *Staatsblad voor het jaar 1814. No. 17.*

(18) Hanc potissimum se sequutum esse testatur legislator in decreti prooemio hisce verbis: *In aanmerking nemende, dat vóór de inlijving dezer landen in Frankrijk, wetten in werking waren, waarvan het doeleinde was, aan elken Schrijver en Drukker zijn wettig regt van eigendom te verzekeren, en dat de herstelling dezer wetten (bijzonderlijk vervat in de Publicatie van den 3den Junij 1803), in den geest der tegenwoordige orde van zaken, allezins noodzakelijk moet geacht worden.*

(19) Primo obtutu quis mirari possit novellas et diaria a librorum mercatura sejungi, saltem separatim nominari; causa in eo videtur sita, quod in Gallia sub Napoleonte legibus specialibus (diversis ab iis, quibus de re Prelii et Librariae agebatur) cautum esset de novellis et diariis. Atque hisce diebus, quibus de tribus legibus Prelii libertatem spectantibus in Galliâ, serio deliberat Delegatorum Regni Camera, quae dicitur (*Chambre des Députés*), etiam de utraque re singulis legibus agitur.

(20) *Art. 1.*

in dominio habet, quisque auctor igitur scripta suis impensis editioni parata, vendere potest,) *wettig bezit, verkrijgt hierdoor, voor zich zelve en zijne erven, het uitsluitend regt, om hetzelve werk uittegeven, mits in alles voldoende aan de bepalingen, in de navolgende artikelen vermeld* (de contrafactionibus, *nadrukken*) (21). Quodsi hoc pacto legem explices, omnia rite procedunt. Nulla interim termini juri proprietatis positi, in praecedenti legislatione reperiundi, mentio fit.

Sic bene de re nostrâ hacce cautum erat lege, Belgis gratâ et acceptâ; quum tamen in re Typographicâ et Librariâ definitio *juris copiae* res sit magni momenti, illudque jus lege anni 1814 non satis definitum videretur, Rex noster A°. 1816 propositionem novae legis *over de Regten, die in de Nederlanden ten opzigte van het drukken en uitgeven van letter- en kunst-werken, kunnen worden uitgeoefend*, uti inscribebatur, perillustri Viro, G. F. ROELLIO, suo quod ad res internas tunc temporis administro, faciendam injunxit. Hic eximiae probitatis et insignium meritorum vir, usus virorum re Typographicâ simul et Librariâ peritorum ope, propositionem legis (*Concept-wet*) componi curavit de hoc jure copiae, cui schemati, quod speciali favore videre mihi licuit, complura non contemnenda inesse mihi videbantur. Schema multo minus instituta Galli-

(21) *Art.* 6.

lica, quam priora Belgica fecutum videtur, ita ut juris coarctati ad 20 annos ne verbum quidem reperiatur: quo et accedat haec obfervatio, leges circa noftram materiem patrias, annorum 1796, 1803 et hoc fchema anni 1817, ita quod ad *jus copiae* difpofitas fuisfe, ut posterior priori, quafi fundamento infiftat atque fuperftructa fit, ejusque defectibus profpiciat, incommodis remedium praebeat, dum longe magis Belgicis moribus adaptatae fuisse videantur, quam lex Gallica, quaeque hanc in tradendo jure copiae fecuta est ipfa lex 25 Januarii 1817, de qua mox pluribus. — Hoc fchema a ROELLIO Regi Auguftisfimo oblatum, ab eo autem ad Confilium Status remisfum, ibi aliquatenus mutatum et contractum est: hoc pacto ad Ordinum Generalium Cameram, quae dicitur, alteram, pervenit menfe Januario anni 1817 fub finem fesfionum, quas tunc temporis Bruxellis habebat hoc illuftre Corpus, atque fine ullâ deliberatione die 3 Januarii ab omnibus probata (22), et a Rege, die 25 ejusdem menfis lex fancita et promulgata est toti Regno Belgico (23). Mutationes autem, quae quoad jus copiae locum habuerunt, hujus tenoris funt: Art. 1. *Het regt van Kopij, of van kopiëren door den druk, is voor oorfpronkelijke letter- en kunstwerken, het uitfluitend regt van die genen, welke daarvan autheurs zijn, en hunne regtverkrijgende, om hun-*

(22) Cf. *Staatsk. die 6 Januarii.*
(23) Cf. *Staatsblad voor het jaar* 1817. No. 5.

hunne oorspronkelijke letter- en kunstwerken — door den druk gemeen te maken, te verkoopen en te doen verkoopen. — Nunc subjungitur articulus, qualem in anterioribus legislationibus non invenimus, de jure copiae *versionum* agens, quem tamen rejicimus in locum, ubi de versionibus plura dicenda erunt, sub finem §i. *sequentis.* — Jam *artt^{is}.* 1 et 2. subjungitur *art^{us}.* 3. *Het in de voorgaande artt. omschreven Kopijregt zal niet langer voortduren, dan 20 jaren na den dood van den autheur of vertaler.* Manifestum est, horum annorum additamentum originem repetere ex legibus Gallicis ambabus, supra propositis, ex quibus haec verba in recentissimam legem translata sunt; quaenam autem post 20 annos obtinere debeant, non nisi analogiâ investigandum videtur, quia lex eâ de re nihil constituit. In Gallia, elapsis 20 annis post mortem auctoris, jus copiae et lucrum, inde profluens, ut vidimus, ad civitatem pertinere jussit Napoleo, die 29 Aprilis A^{i}. 1811. Hoc jus fiebat igitur res nullius, quam Bibliopola quisque (soluto vectigali Collegio, quod praeërat rei Preli et Librariae) occupare poterat, si iteratam editionem parare vellet. Sic sub Gallis. Lege nostrâ novissimâ nil hac de re statuitur. Unice adest limitatum tempus, aeque ac lege Gallicâ 5 Februarii. Licet autem nobis non latum sit decretum simile decreto 29 Aprilis, atque careamus Collegio, cui titulus amplissimus: *la Direction générale de l'Imprimerie et de la Librairie* (quod collegium quam parum amoris sibi lapsu triennii ab A°. 1811 —

A^{os}.

A[um]. 1813 conciliaverit, omnes Belgae norunt), tamen ex analogiâ ſtatuendum videtur, legislatorem ex Gallicâ lege tempus 20 annorum ſumſiſſe, ut ſignificaret, ſe velle jus copiae ad civitatem rediturum, et fore *domaine public*, rem nullius. Interim deſiderari videtur ea lux, quam in legibus juste poſcimus. Quod reliquum est, *artt.* 1 et 3 ex ſententiâ nonnullorum virorum rei Typographicae et Librariae minime rudium ita ſe habent, ut non unâ obſcuritate laborare videantur (24), quum autem hi *artt.* ex *artt.* 39 et 40 legis Gallicae ſumpti et ſchemati ROËLLII ſubſtituti ſint, jam ſupra ad leges Gallicas diximus ea, quae contra hoc jus afferri poſſe videbantur. Porro mirum videtur, quare legislator, Gallicam licet legem ſibi proponens, tamen *art*[um]. 40, quo diſtincte legitur: *les auteurs — peuvent céder leur droit*

(24) Quae tanta est, ut de *art.* 3. legis gravis inter eruditos orta ſit quaeſtio, de qua quinque cauſſarum patroni peritisſimi Amſtelodamenſes, J. VAN DER LINDEN, M. C. VAN HALL, N. SINDERAM, S. AE. VERBURG et F. A. VAN HALL, opinionem ſuam ſpeciali ſcriptiunculâ anno 1817 publice propoſuerunt. Ita autem ſe habebat quaeſtio: utrum *art.* 3. etiam ad ea ſe referat opera litteraria, quorum jus copiae ante latam hanc legem ortum, vel acquiſitum est? et utrum igitur *proprietarii* hujus juris copiae hac ipſâ lege jus ſuum amiserint, ſive postea amisſuri ſint, ſi auctores operum litterariorum, ad quae lex reſpicit, jam ante 20 annos obierint, vel in posterum ſint obituri? Reſponderunt cauſſarum patroni, hanc legem hisce juribus detrahere non poſſe, legem enim nullam habere vim retrogradam. *argum. l.* 7. *C. de Legg.* et *art.* 2 *Cod. Nap.*

droit à un imprimeur ou libraire, où à toute personne, qui est alors substituée en leur lieu et place, quare hunc *articulum* non expresserit, sed in lege novissimâ dixerit, jus copiae inesse auctoribus, *en hunne regtverkrijgende*, ita ut nesciamus, utrum hac voce significentur vidua, liberi, Typographus, Bibliopola et quicunque alius, an singuli eorum. Posterius ex eo foret accipiendum, quod in lege Gallicâ A°. 1793, *art.* 2. vocentur *leurs heritiers ou cessionnaires* (*regtverkrijgenden*), ubi distingui videntur cessionarii (sit venia verbo) ab haeredibus. Interim si et cessionariis inesse censeri debeant haeredes, rursus minus clara legis verba videntur, quippe quae minus accurate distinguunt, quam *artt.* 39 et 40 legis Gallicae, unde tamen derivata videtur legis novissimae notio princeps. Sed quare tam acriter Gallica principia adoptamus, jura autem et principia nostra avita nec recuperamus, nec tuemur? — Quidquid juris his articulis insit, fatendum est, ipsos auctores per biennium integrum post latam legem elapsum saepius, vendito statim Bibliopolis jure copiae, hoc jure abdicare maluisse, quam illud servare.

§. 2.

De Juribus adversus Contrafactores.

Utinam haecce jura secundum varios propositos casus vel *auctori*, vel *Bibliopolis* vindicata nemo tentaret laederetve! At vero, quantum abest! De Bibli-

bliopolarum juribus agentes, ea etiam, quae materiem de *Contrafactis* (*Nadrukken*) fpectant, proprie in quantum Bibliopola laeditur, adjungere debemus: adquifito enim licet jure copiae, nihilominus tamen Bibliopola nondum a jurium violatione immunis est, qua affici potest a parte contrafactorum; qui, nifi opprimerentur, jus copiae impune infringere posfent.

Quid fit *Contrafactio* (ut hac barbarâ voce utar), dicit auctor celeberrimus MERLIN (25). „C'est „ en termes de librairie, le genre de délit, dont fe „ rendent coupables ceux qui font imprimer un livre „ au préjudice de l'auteur, ou du libraire, auquel „ cet auteur a cédé fon droit de proprieté et fon „ privilège."

Quomodo Contrafactor (26) a genuino editore differat fignificat KANTIUS (27). „ Qui nomi„ ne alterius (auctoris) per fcriptum palam loqui„ tur, est *redemptor* (Germ. *verleger*, Bibliopo„ la). Hic fi cum bonâ veniâ illius id facit, *justus* „ est, fin minus, *injustus* redemptor, id est, libri „ ab alio typis expresfi fraudulentus repetitor;" quem nos *contrafactorem* dicimus. Et paullulum in-

(25) In *Répert. cit. in v.* contrefaçon.

(26 Gallice *Contrefacteur*, Anglice *Counterfeiter*. Perfpicuum est hanc vocem primâ fignificatione maxime cohaerere cum Belgico obfoletiori vocabulo *conterfeiten*, id est *pingere*, et *conterfeiter*, *pictor*, qui ut injustus redemptor primum editorem, fic ipfe picturae ope naturam imitatur.

(27) *l. l.* pag. 127.

infra idem KANTIUS pluribus disquirit, repetitionem editionis alicujus libri ab alio typis expressi, praeter jus institutam, jure prohibitam esse. Proponit tamen (ut nobis videtur) non nisi casum alterum, initio §[1]. *praeced.* a nobis traditum, nempe, auctorem servasse jus copiae et Bibliopolà fere mandatarii loco uti. Jam sic loquitur. „ Verba palam „ facit — redemptor — nomine auctoris, cujus „ rei " i. e. libri „ jus habet non nisi ex illius „ mandato. — Jam vero repetitor editionum impro- „ bus" i. e. contrafaetor, „ merce literarià suâ con- „ tra auctoris voluntatem et in ejus fraudem compa- „ ratâ, nomine quidem ejus loquitur, sed nulla ab „ eo mandata habens (gerit se mandatarium absque „ mandato); sequitur inde, ut adversus redempto- „ rem ab auctore constitutum (ideoque justum so- „ lum) furtum commodi, quod ille ex usu sui juris „ capere potuisset et vellet (furtum usus) commit- „ tat; repetitio ergo librorum typis expressorum „ absque mandato auctoris de jure est prohibita." Addamus et ejusdem sequentia ibidem loci.

„ Justi species, quam habet illa, statim in oculos „ incurrens injusta actio repetendi libros typis ex- „ pressos absque auctoris mandato, in eo est posi- „ ta, quod liber ex alterâ parte *res corporea* est „ *ab auctore profecta* (opus mechanicum), quae „ exprimi imitatione potest (ab eo, qui justâ ratio- „ ne exemplum possidet, ideoque *jure reali* ejus rei „ gaudet); ex alterâ parte autem est liber *oratio* tan- „ tum *ad populum habita*, quam iste sine mandato

„ au-

„ auctoris palam iterare non debet (praeſtatio ope„ rae), *jus perſonale;* jamque error in confunden„ do utroque verſatur (28)."

Sic et BÜCHERUS (29), ubi indicat, quo pacto in *modo edendi* librum peccari et delinqui posſit: „ Nec inultum eorum facinus relinquendum esſet, „ qui libros *etiam privilegio destitutos* (igitur la„ tius etiam, quam nos, progreditur, ut mox appa„ rebit), invitis auctore et Bibliopolâ, cui jus im„ primendi dominus dedit, recudunt, quod a furti „ ſpecie haud abest. Intercedit inter auctorem et Bi„ bliopolam contractus de libro imprimendo, et per „ hunc illi tantum, non aliis, jus imprimendi da„ tur; neque enim per publicam libri editionem id „ agi existimandum est, ut promiscua editio aliis „ praedae cedat, ſed ut lectio ejus ſingulis pateat." Sic jam ineunte Saec. praecedenti Germanus.

„ Le crime de contrefaçon," inquit celeb. MERLIN (30), „ est même plus qualifié que ne le „ ſeroit celui d'un homme qui, ſ'étant introduit „ chez ſon voiſin, en auroit enlevé les meilleurs ef„ fets. Dans le dernier cas on peut inculper de né„ gligence, celui qui laisſe entrer un voleur dans ſa „ maiſon; dans le premier le vol est d'un choſe con„ fiée à la foi publique."

In-

(28) Cf. KANTIUS, *l. l.* p. 127, sq.

(29) Cf. J. A. BÜCHERI Disſert. *circa Libros improbatae lectionis*, occaſione *legis* 4. §. 1. *ff. fam. herc.* defenſa praeſide J. H. BÖHMERO, Halae 1726. p. 75.

(30) *Répert. l. l.* §. 1.

Inhaeremus hisce aliorum dictis, quibus sequentia adjungimus. Eo minoribus sumptibus contrafactor editoris genuini lucrum subvertere potest, quum libri auctori nullam pro jure copiae obtinendo praestiterit pecuniam, librumque viliori pretio, quam genuinus redemptor, vendat; quo furto (nam hoc titulo haec agendi ratio nuncupanda est) quantum damni literis et mercaturae, ipsisque maxime integris probisque Bibliopolis afferatur, nemo est, qui nesciat (31). Huc accedit, majorem librorum contrafactorum partem, et quoad externum habitum et quoad vitia typographica mendis plurimis abundare.

Ut autem saepe recens inventae arti quaenam competant jura ab initio non omnes aeque callent, ac perspiciunt, ita et hic obtinuit. Postquam enim Typographia (ne de tempore quaeramus, quo in patriâ nostrâ inveniretur) in Germaniâ magis elaborata, anno 1472 (32) in patrium solum rediret, (licet COSTERI posteri interim Harlemi non interruptâ serie libros ediderant), ne tunc quidem, Saeculi XV. fine, nec dimidio Saeculo XVI. ulla invenimus querimonia adversus contrafactores vulgata et prodita, verosimiliter eam ob causam, quod primus editor nesciret, sibi, exceptis aliis, editionis jus inhaerere. Quis-

(31) Hinc et Anglis sat ingeniose dicuntur *Pirates-editions.*

(32) Quo, exceptis libris Costerianis, primi in Belgio typis exarati prodierunt libri. Cf. J. VISSER, *Naamlijst van Boeken, in de XVII Nederl. Provincien gedurende de XV Eeuw gedrukt*, 1767.

Quisque, ubi librum invenisset, quem prelo iterari congruum duceret, lucri spe allectus, illum rursus edidit; saepius Saec. XV. editiones in monasteriis prodiere, de quibus conferatur infra C. III §. 2. *initio.* Sic et in Germaniâ Saec. XVI. permultae exiere LUTHERI scriptorum editiones. Deinceps tamen, magis invalescente librorum typis datorum numero simul et lucro inde orto, fieri non poterat, quin primi editores perspicientes, quanta hoc pacto amitterent, acriter de juribus suis secum deliberantes, privum jus sibi inhaerere certiores facti, illud omni se tuituros operâ secum statuerent. Quam primum, quid juris esset hac in re, investigare coepissent ii, quorum hic intererat, in media inquisiverunt, quibus malo mederi posset.

In Belgio ad summos magistratus confugiendum putarunt, ut librorum proprietatem sibi vindicatam haberent. Ut igitur contrafactorum conatus, quos nimium quantum toleraverant Bibliopolae, bono eventu constringerentur, ab Ordinibus Provinciarum Belgii Foerati constitutum est, ut singuli, in primis Hollandiae Ordines, Bibliopolis singulis suâ in regione obviis, id rogantibus, *Privilegium* (*Octrooy*) libri cujusdam (33) gra-

(33) Non omnium librorum Privilegium petebant. Plerumque liber erat ille, cujus contrafactionem, ob varias causas maxime timebant, quippe operis magni in civitate momenti; Bibliopolae saepe Privilegium petebant *Corporum* (*Corps*, *Collections*, *Oeuvres*), quae vel plurium auctorum opera continebant, vel tanti erant pretii, ut eorum Contrafactio longe magis noceret, quam si contrafacerent opusculum parvum non late patentis usus.

gratis concederent (34) pro vario temporis ſpatio 5, 10, 15, 20, rarius tamen plurium annorum; quo Privilegio (cujus ſupra jam paucis mentionem fecimus,) Ordines ſignificabant, ſi intra definitum tempus ullus alius Bibliopola idem opus eâdem in Provinciâ edere auderet, fore ut ille poenam ſatis acrem non effugeret, ſi ipſe genuinus Bibliopola rem patefaceret, vel alio modo delictum ad Ordinum notitiam perveniret. Poena autem non ubivis plane erat eadem; Licet enim ſemper obtineret confiscatio omnium exemplarium, quae penes contrafactorem invenirentur, in lucrum prioris genuini editoris, privilegio muniti, mulcta tamen pecuniaria, quam inſuper contrafactor ſubinde luëbat, non ſemper erat eadem, plerumque arbitraria, e judicis de-

(34) Non ſolum ab ordinibus ſingularum Provinciarum, verum et nonnumquam inſuper ab Ordinibus Generalibus, ejusdem libri privilegium impetrabatur. — Speciali caſu impetrabatur et a Principibus exteris; ſic JOS. JUSTI SCALIGERI *Cyclometrica Elementa*, fol. Lugduni-Batavorum editurus FRANCISCUS RAPHELENGIUS, anno 1594, ab HENRICO IV, Galliae Rege petiit et impetravit privilegium in 10 annos, idque non ſolum propter hunc librum, (quem ne in Galliâ contrafacerent Bibliopolae, merito timendum, quia et hicce SCALIGER, et ejus pater eruditisſimus, uterque Galliâ oriundi erant) verum etiam eodem privilegio vetuit HENRICUS *ne quis, quoscunque libros umquam ante editos* FR. RAPHELENGIUS *primus typis vulgaverit, eosdem citra ipſius voluntatem, intra proximum a primâ cujusque libri editione decennium, totos vel ex parte, in ullis Regni Francici ditionibus imitari, excudere alibive excuſos in iisdem venales exponere audeat*, ſtatutis mulctis et contrafactorum librorum confiſcationibus.

decifione, ex operis magnitudine, vel ex damno allato pendens; nonnumquam et plane aberat. Haec confifcatio exemplarium et mulcta pecuniaria poena optime delicto adaptata nobis videtur. Uti enim is, qui, quod meum est, aufert, fibi vindicat, tribuit, ad damnum refarciendum et id, quod interest, praeftandum tenetur: ita et contrafactor, qui genuino libri editori nocet, qui aliena aufert, qui fibi tribuit, quod alteri tribuendum, eodem modo mulctandus est (35). Contrafactor enim opus reftituendo Bibliopolae, qui genuinam editionem exire jusferat, eique praeftando lucrum jam perceptum, damnum veri editoris commode refarcit.

Jam vero Privilegia haecce (*Octrooijen*), Bibliopolis (36) concesfa, folummodo tendere ad id, ut iis caveatur profpiciaturque a contrafactionibus (id, quod fupra jam pluribus probavimus), patet etiam ex edicto ab Ordinibus Hollandiae et Westfrifiae, die 28 Junii 1715 vulgato, in quo mentio injicitur *van de poenaliteiten tegen hen, die eenig boek, waarop Octrooi is geobtineerd, — nadrukken, of elders nagedrukt, invoeren*, etc. (37). Totidem verbis autem idem patet ex edicto eorundem Ordinum, die 30 Julii 1762 evulgato, quo ve-[illegible] tant

(35) Cf. J. A. BUCHERUS, in *Diff. laud.* p. 75.

(36) Interim in cafu apud majores nostros rarisfimo, ubi ipfe auctor fuis impenfis ope Bibliopolae librum ederet, *auctori* cautum vidimus de privilegio, quo caeteroquin Bibliopola munitur.

(37) *Gr. Plc. B. l. l.* V. 603. WILT. *l. l.* III. 251.

tant venditionem operis ROSSAVII, cui titulus: *Emile, ou de l'Education*, et quod edebat Bibliopola Amstelodamensis J. NEAULME; dicunt Ordines: *niettegenstaande voornoemd Octrooy alleen tendeert tot verhoeding van schade voor den voornoemden* J. NEAULME, etc. (38).

Privilegium, quod Bibliopola petiverat, numquam denegabant Ordines, nequaquam libri indolem curantes; ut ex eo patet, quod in libello (*rekwest*), quo Bibliopola privilegium operis peteret, unice operis titulus traderetur, numquam autem ipse MStus Ordinibus inspiciendus et censendus daretur. Et quod magis est, legamus eam clausulam, qua insigniebatur privilegium unumquodque Ordinum: *in dien verstande, dat wij de supplianten met dezen onzen Octroye alleen willende gratificeeren tot verhoedinge van hunne schade door het nadrukken van het voorschreven boek*, (unde iterum patet, privilegia unice tendere ad id, ut de contrafactionibus caveatur) DAARDOOR IN GEENIGEN DEELE VERSTAAN DEN INHOUDEN VAN DIEN TE AUTHORISEEREN, OF TE ADVOUEREN, *en veel min hetzelve onder onze protectie en bescherming eenig meerder credit, aanzien of reputatie te geven, nemaar de supplianten in cas, daar inne iets onbehoorlijks zoude influeren, alle hetzelve tot hun-*

(38) *Gr. Plc. B.* IX. 194. partim et apud WILT. V. 445. et nos infra, *Cap.* II. ad annum 1762. — Patet idem ex privilegio RAPHELENGII, *nota* 34.

hunnen laste zullen gehouden wezen te verantwoorden. Si judicium de libro tulisſent, cenſuram Hiſpanicam, nobis vehementer in odio, et de qua *Cap.* II. pluribus, aperte revocasſent. Quodſi vero ſemel concesſum esſet privilegium, per ſe patet, regulariter revocari non potuisſe, niſi ſpeciali caſu, ſi v. c. de libro, cujus privilegium Bibliopolae donatum erat, ob noxam quamdam juste quererentur alii; cujus rei exemplum est in BRANDTII *Historia Reformationis*, de qua exſtat Reſolutio, quam vocant, edita die 17 Julii anni 1677 ab Ordinibus Hollandiae et Westfriſiae hujus tenoris: *Gelezen de remonſtrantie van Gedeputeerden des Noord-Holl. Synode, houdende klagten over de Historie der Reformatie door* G. BRANDT, — *uitgekomen met Octrooy van hun Ed. Gr. Mog., met verzoek dat hun Ed. Gr. M. dit wilden verbieden, en het verleend Octrooy intrekken, — verklaren H. Ed. Gr. M. bij dezen door het verleenen van voorſchreven Octrooy in geenen deele te hebben willen approbeeren, 't geen voorn.* BRANDT *in voorſchr. werk zou mogen hebben geſchreven: en nademaal voorſchr. Synode na examinatie vermeent, daarin aanſtootelijke zaken zijn, is goedgevonden, voorſchr. Octrooy en den effecte van dien intetrekken* (39). Similiter Ordines Hollandiae, die 28 Maji 1669 revocarunt privilegium, quod concesſerant die 10 Decembris 1668 libro, cui titulus: *Aanwijzing der heilzame Politicke gronden,*

(39) WILTENS *l. l.* T. III. p. 261, sq.

den, en maximen van de Republiek van Holland en Westfriesland. Patuerat enim, illum injurias tum in V. D. Ministros, tum in Socios Reipublicae continere (40). Aliud exemplum est in ROSSAVII libro modo citato, cujus privilegium Bibliopolae NEAULME die 10 Martii anni 1762 in tempus 15 annorum concesserant Ordines Hollandiae et Westfrisiae, placito autem diei 30 Julii ejusdem anni statim suppresserunt, turpi et perniciosâ libri indole cognitâ et perspectâ (41).

Erant et in Belgio Foederato privilegia specialia, v. c. *Academiae Typographi*, qui ea omnia, quae ad Academiam pertinebant, poterat solus typis mandare. Sic Lugduni-Batavorum ad hoc munus adimplendum Saec. XVIII. vocati sunt complures ex familiâ LUCHTMANSIÂ personae (42). Typogra-

(40) *Gr. Plc. B.* III. 522. WILT. I. 441.

(41) Placitum invenitur in *Gr. Plc. B.* et WILT. *l. l. notâ 38 citt.* Cf. de totâ re *Onmidd. Vervolg op Wagenaar*, T. XXIII. pag. 217, sq.

Ab alterâ parte exstant exempla, libros primum prohibitos, post tempus quoddam hoc onere liberati, eorumque Emptionem Venditionem rursus concedi, uti obtigit, die 28 Junii 1619 SIBRANDI LUBBERTI Libro, cui titulus *Responsio ad pietatem H. GROTII*, quem die 17 Oct. 1614 Ordines Hollandiae declaraverant *famosus libel, den regten ruste en welstand van den Lande van Holl. en Westvriesl. schadelijk*; nunc autem dicunt Ordines: *dat ze hetzelve boek — na visitatie en deliberatie van de voorsz. betichting ontheffen.* Cf. WILT. *l. l.* III. 254.

(42) Die 8 Augusti anni 1730 SAMUEL L., JORDANI filius, cui die 31 Oct. 1741 adjunctus est filius natu maximus, item SAMUEL dictus, qui ad mortem usque (1780), eo functus est.

SA-

graphus Academiae Lugduno-Batavae olim ab Ordinibus eligebatur, quia Academia illa fuberat Ordinum Provincialium curae et dicebatur *'s Lands Univerfiteit*. Academiam autem Rheno-Trajectinam curabant Magiftratus Urbani, qui igitur Academiae Typographum ibidem conftituebant. Inftructio, quam vocant (*Inftructie*), tali Typographo die 16 Martii 1685 data a Magiftratibus Trajectinis invenitur apud VAN DE WATER (43).

Si quis vero miretur, noftris etiam temporibus privilegia existere, licet *art*. 1. legis anni 1796 abrogata fint (ut mox videbimus), is fciat oportet, duorum generum nunc fuperesfe privilegia, Typographi Academiae, et Typographi promulgationum Urbanarum (*Stadsdrukker*). Antea erant etiam Typp. Provinciarum fingularum (*Provinciedrukkers*). — Typographum Academiae fic in Belgico Regno univerfo fuum fibi habent omnes Academiae. Typographus autem promulgationum Urbanarum invenitur in decreto Ordinum Zelandiae diei 16 Februarii 1680, quo vetant: *natedrukken — de refolutien — van Heeren Staten van Zeeland, — die door onzen beëedigden Stadsdrukker op onze fpeciale ordre zullen worden gedrukt*

SAMUEL L., JORDANI filius die 29 Julii 1749 munere in favorem filii natu minoris JOANNIS fe abdicavit, qui abhinc cum fratre Typographus Academiae fuit per reliquum Saeculi XVIII partem: cujus privilegio fruitur adhucdum ea familia.

(43) *Groot Placaat B. van Utrecht*, T. III. p. 496.

drukt (44). Reliqua uberius ad hunc annum C. II. Typographo denique Provinciali olim datum fuisse privilegium (*Octrooy*) patet, ne alia memorem, quod ad Frisiam, ex hujus Provinciae Ordinum decreto diei 20 Febr. 1664 sic audiente: *De Staten van Vriesland, gezien het request van S. Rinnerts, onzen Ordinaris-drukker, tenderende, dat wij approberende de resolutie en het placcaat der Gedeputeerden den laatsten December* 1663 *genomen* (quod non est apud SCHWARZENBERGIUM) *op de interdictie van het nadrukken van 's Lands resolutien en plakkaten, — daarop aan hem, suppliant, wilden verleenen brieven van* OCTROOY *in forma; hebben geconsenteerd en consenteren bij dezen in des suppliants verzoek, gunnen en octroijeren denzelve, dat hij alleen binnen deze Provincie zal mogen drukken Onze en der Heeren Gedeputeerden resolutien, plakkaten, lijsten, enz. onder de poenen in voorschrevene plakkaten bij Onze Gedeputeerden daarop gestatueerd* (45).

Quod ad privilegiorum petitionem peculiare quid in Hollandiâ obtinebat. Postquam privilegium petitum esset, libellus Bibliopolae supplex (*rekwest*) Ordinibus Provinciae oblatus, rursus ab hisce dabatur Collegio Typographorum et Bibliopolarum (*Boekdrukkers en Boekverkoopers-Gilde*, de

quo

(44) *Gr. Plc. B.* III. 531.

(45) VAN SCHWARZENBERG *Groot Plakaat- en Charter B. van Vriesland*, T. V. p. 726.

quo pluribus *Cap.* III.) earum urbium, in quibus putabant librorum mercaturae maxime operam dari. Hic libellus, Amftelodami faltem, a Collegii praefectis (*Overlieden*) offerebatur Collegii Sociis (*Gildebroeders*), ut fi quid animadverfione dignum haberent, diftincte adderent (46). Fieri enim poterat, ut privilegium jam petendum noceret libro alii, qui privilegio munitus antea exierat et ejusdem fere indolis erat, ac liber, de quo privilegium nunc petebatur, ita ut prioris libri editor damnum infigne ex eâ re fortiri posfet. Recte putabant Ordines, nullos viros melius dignofcere posfe, utrum fibi invicem infesti forent hi libri, quam Socios Collegii Typographorum et Bibliopolarum, qui fi nil animadvertisfent, reddebatur Ordinibus libellus fupplex, atque nunc Ordines, privilegii petitionem aequam ac justam esfe intelligentes, ex Bibliopolae voto faciebant. Sic praeterquam Amftelodami etiam in aliis Hollandiae urbibus fpectatisfimis obtinebat.

Ita in Hollandiâ generatim juris erat. Erant tamen

(46) Sic quum Anno 1761 Amftelodami Pfalmi Societatis Poëticae L. D. S. P. in eo esfent, ut ederentur, Collegii Socii libello addebant hanc claufulam, ut fi forte hi Pfalmi fierent publicae auctoritatis in Ecclefiâ, cesfaret privilegium nunc petendum, quum tunc per fe venirent hi Pfalmi in cenfum librorum Ecclefiafticorum (*Bijbels en Kerkgoed*), privilegio carentium, quippe qui, propter innumeram quantitatem horum librorum typis mandandum, omni onere et privilegio immunes erant, et a quovis edi poterant; de quibus mox.

men et exceptiones; tota enim aderat in Hollandiâ clasfis librorum, quorum privilegium petere *nemini* licebat, *librorum Ecclefiafticorum et Scholafticorum* (*Bijbels*, *Kerk- en Schoolgoed*). De fingulis fingulatim agamus.

Si res esfet de *libris Ecclefiafticis*, non folum horum privilegium erat illicitum, ut deinceps videbimus, verum et in eorum editione alia quaedam erant obfervanda, fummaque cura erat adhibenda, ne detrimenti quid caperet Ecclefia Reformata, neve libri illi, quibus falus univerfi generis humani continetur, Sacra Scriptura, corrupti, mutilati ederentur atque ad nos pervenirent. Quum autem et hi et alii libri ad ufum Ecclefiafticum facientes, mendis purgati prodire deberent, in hac omni re (*Bijbels en Kerkgoed*), antequam ederentur libri, requirebatur, ut quaedam perfona ex coetu Ecclefiafticorum (*Lid van den Kerkenraad*) fpecimina corrigeret, utque unus ex V. D. Miniftris, fpecialiter a Magiftratibus defignatus, libris a fe vifis et probatis nomen fuum fubfcriberet, atque haec probatio, hic confenfus (*Acte van Confent*) ante quemvis librum poneretur (47).

Quoniam A°. 1618, et fequenti, confillo novae verfionis Sacrae Scripturae comparandae probato, exa-

(47) Hocce vel de libris Ecclefiafticis Lutheranorum Amftelodamenfium ftatutum ab Ordinibus Hollandiae, die 29 Sept. 1752. Cf. *Cap.* II. ad hunc annum, *Gr. Plc. B.* VIII. 458. et WILT. IV. 37.

examen, de quo modo diximus, ab Ordinibus Generalibus universo Belgio Foederato praescriptum erat, hoc deinceps eo tempore, quo haec ipsa versio introduceretur (48), magnis diuturnisque turbis ansam praebuit, quum Ordines Hollandiae prae se ferrent, Ordines Generales nullam habuisse potestatem, ea, quae memoravimus, constituendi, quum urbibus Belgicis specialiter haecce injungere non valerent, quippe, licet Summo Imperio in Belgio gaudentes, carentes tamen omni superioritate territoriali in singulis Regionibus (49); (interim hanc superioritatem sibi non arrogaverant Ordines Generales, concedendo A°. 1632 privilegium, de quo mox *pag.* 43.) atque nunc demum correctionem et visionem, quod ad Hollandiam, decrevere Ordines Hollandiae. Placitum, in quo prima (quantum sciam) expressa mentio fit correctionis, evulgatum est die 19 Martii 1655 ab Ordinibus Hollandiae et Westfrisiae, sistens: 1°. *dat geene Drukkers of Boekverkoopers binnen deze Provintie zich zullen hebben te onderwinden den Bijbel, door publicke autoriteit — getranslateerd,*

te

(48) Die 29 Julii 1637 Ordines Generales placito auctoritatem novae versioni adjecerunt, ejusque usum in Ecclesiâ Reformatâ Belgicâ fixere. Cf. *Gr. Plac. B.* I. 187. WILT. *l. l.* I. 28, sq. Interim die 22 Sept. 1640 nondum in omnibus Hollandiae Ecclesiis accepta erat nova versio. WILT. *l. l.* III. 23.

(49) Ordines Hollandiae Anno 1618, et sq. insigni quidem favore Ordinibus Generalibus concessere facultatem Dordraci Synodum habendi, non tamen condendi decreta, in quibus de superioritate territoriali quaestio esset, quale erat illud, de quo hic sermo est.

F

te corrigeren, en als gecorrigeerd uittegeven — *op poene van* 1000 *Carolus Guldens*, ⅓ *voor den calangerenden Officier*, ⅓ *voor de Armen*, ⅓ *voor de gemeene zaak, boven de confiscatie van alzulke Bijbels.* 2°. *Dat niemand onder ons gebied den Bijbel in de Nederd. taal volgens voorschrevene overzetting zal hebben te drukken, dan na de eerste editie dier overzetting.* 3°. *Dat die geen onzer ingezetenen, die voortaan den Bijbel zal willen drukken, daartoe alvorens van ons zal hebben te verzoeken speciaal consent, of ten minsten van de Magistraten der respective Steden harer woonplaats, met vertooning van het Exemplaar, naarnaar hij zoodanigen druk zal willen aanvangen: bevelende wij de Magistraten dier Steden, naauwkeurig te zorgen, dat door getrouwe mannen der Gereform. Kerk de laatste proeve opgenomen, en naar voorn. Exemplaar gecollationeerd en verbeterd worde;* — *dat als dan de Bijbel, dus uittegeven, door een publiek persoon of iemand bij de voorschreven Magistraten daartoe speciaal te autoriseren, met zekere kennelijke marque geteekend worde* (50). Deinceps etiam die 9 Aprilis 1675 de hoc examine accuratius cautum est; rem narrabimus pluribus, ubi in *Cap.* II ad hunc annum perventum erit (51).

An-

(50) *Gr. Plac. B.* II. 3029. WILTENS *l. l.* I. 31—33.

(51) Hoc examen requirebatur quam maxime; quum enim S. S., privilegio destituta, a quovis edi posset, contrafactores, ni examine caveretur, poterant quaevis ei intermiscere, ut obtinuit in Biblio, cui vulgare nomen *Bijbel van Deux-Aes*.

Antequam vero haecce constituerentur, ipsius S. S. nova versio primum privilegio munita fuerat, quod Ordines Generales jam die 11 Decembris 1632 concesserunt viduae et haeredibus *Hillebrandi Jacobi filii van Wouw* (qui ipse jam diu antea, anno 1590, veterem versionem ediderat) in 15 annos continuos computandos ab eo inde tempore, quo in vulgus prodiret prima editio (quod anno 1637 contigisse vidimus, *notâ* 48.); *op poene dat zoo iemand — bevonden mogt worden voorschr. Bijbel te hebben nagedrukt, of doen nadrukken, — of elders buiten deze geunieërde Provincien nagedrukt binnen dezelve te hebben gebragt, verspreid, verkocht, of doen verkoopen, — mitsgaders alle, bij welke zulke Exempl. gevonden zouden worden, zal of zullen verbeuren de som van* 2000 *ponden, tot* 40 *grooten het pond,* (d. i. 2000 Guldens), *en daar beneven alle nagedrukte of van buiten ingebragte Exemplaren: te appliceren,* $\frac{1}{3}$ *voor den Officier,* $\frac{1}{3}$ *voor de Armen, en* $\frac{1}{3}$ *voor voorschr. Weduwe en Erfgenamen: en zullen Drukkersknechts, Arbeiders en anderen, aan dewelke voorschr. poene niet zou kunnen worden verhaald, daarover arbitralijk aan den lijve gestraft, of na exigentie van zaken uit den Lande gebannen worden* (52). Quod quum vilipenderetur, secutum est 23 Dec. 1639 eorumdem Ordinum decretum, quo significarunt, *dat geene Bijbels voor goed, origineel en authentick gehouden mogen worden, dan die bij meet-*

(52) *Gr. Plac. B.* I. 189. WILT. *l. l.* I. 25.

meergem. Weduwe en Erfgenamen zijn en worden gedrukt en geteekend bij B. Langenes, daartoe door ons uit zonderlinge redenen gecommitteerd, bij Acte van 10 *Junij* 1637 (53). Verum jam vidimus, hac privilegii datione libros Sacros postea privatos, examini autem Ecclefiaftico fubjectos fuisfe.

Simodo haec correctio et vifio obfervaretur, Bibliopolae omnes qualescunque ubivis libros Ecclefiafticos, V. et N. Teftamentum, Pfalteria, Catechismum, etc. edere poterant; hos enim premebat nullum onus privilegii peculiari Bibliopolae concesfi (54); dum etiam ex ipforum librorum Ecclefiafticorum naturâ profluebat, Bibliopolas horum nullum fibi habuisfe privum jus copiae, quale §°. *praeced.* defcripfimus.

Progrediamur ad alteram clasfem librorum privilegio deftitutorum, *Scholafticorum.* Horum, ad pue-

(53) Decretum 23 Dec. anni 1639 invenitur *Gr. Plac. B.* I. 191. WILT. *l. l.* I. 29—31. Placitum 10 Junii 1637 *Gr. Plac. B. ibid.* WILT. *l. l.* I. p. 27.

(54) Interim nulla regula fine exceptione: quum anno 1752 V. D. Ministri et Presbyteri Ecclefiae Lutheranae Amftelodamenfis petiisfent, ne in posterum privilegia darentur de Pfalteriis et libris Canticis fuis (*Pfalmen en Gezangboeken*), hoc annuerunt Ordines Hollandiae, die 29 Sept. hujus anni, fimul declarantes, (quod proprie hujus loci est) privilegium horum librorum, anno 1745 Bibliopolarum Societati concesfum, integrum manfurum ad finem usque ftatuti temporis 15 annorum, nullum autem novum fe daturos. Cf. loca *notâ* 47 citt. et quae ad hunc annum *Cap.* II. dicemus.

puerorum in fcholis inftitutionem facientium, et publicâ auctoritate introductorum (55) numerus primis noftrae Reip. temporibus erat exiguus, (uti omnia, quae ad puerorum fapientem inftitutionem pertinebant, tunc adhuc erant rarisfima). Hisce confequens erat, Ordines Hollandiae (56) declarasfe, nemini in eos libros esfe jus quaefitum et fpeciale, deinceps *jus copiae* dictum, quippe ex quibus, utut rarioribus, attamen necesfariis, tantum editori oriri potuisfet lucrum, ut nimia confecutus fuisfet. Hinc etiam fequebatur, nemini privilegium in hosce libros ab Ordinibus concesfum esfe. Si enim et jus copiae habuisfet Bibliopola quidam et privilegium, ipfi de contrafactione cavens, ab Ordinibus impetrasfet, pretium quodlibet, etiam maximum, imponere potuisfet hisce libris, qui, quum ubivis omnibus in fcholis magno numero requirerentur, vili pretio emtioni proftare debebant. Noftro tempore, abrogatis lege anni 1796 omnibus privilegiis (ut fupra verbo diximus), etiam hoc Ordinum decretum de privilegio pro libris Scholafticis non concedendo per fe et tacite cesfavit; quod fatis bonum videtur, quum, pue-

(55) Seriem librorum, in fcholis *Latinis* in Hollandiâ adhibendorum, tum auctorum explicandorum, quam rudimentorum, et id genus aliorum, jusfu Ordinum Hollandiae et Westfrifiae confectam atque expofitam, invenimus in Ordinatione, quae dicitur, fcholafticâ (*fchoolordre*), ab hisce Ordinibus evulgatâ die 1 Octobris 1625. Cf. *Gr. Plac. B.* I. 275. WILT. *l. l.* I. 461, fq.

(56) Utrum et in aliis Provinciis obtineret, nefcimus.

puerorum institutione quotidie meliori redditâ, et auctâ in infinitum horum librorum copiâ, Bibliopolae complures nunc facile eos edere posfint, absque eo, ut librorum pretium in immenfum augere valeant.

Jam vero videamus, quid de libris *Ecclefiafticis* et *Scholafticis* fimul, olim jam in Hollandiâ privilegio deftitutis, conftituerit lex, de qua faepius jam locuti fumus, die 8 Decembris 1796 lata a Corpore, quod dicebatur: *het Provintiaal Beftuur van Holland.* A libris, in quos Bibliopolis hujus Provinciae competit jus proprietatis, five copiae, quod dicitur, expresfe excipiuntur *alle Bijbels*, *Testamenten*, *Pfalmboeken*, *en verdere Kerk- en Schoolboeken*, *die op publick gezag zijn ingevoerd*, *en niet als den eigendom van eenigen particulieren Gildebroeder kunnen befchouwd worden; zullende alle gemelde boeken*, *gelijk mede Tijdwijzers*, *Almanachen en zoortgelijken*, *door iederen Boekverkooper mogen worden gedrukt*, *vertaald en uitgegeven* (57).

Haec de fola Hollandiâ. Sequuntur, quae Resp. Batava integra hac de re conftituit, quum a Summis Ordinibus, qui dicebantur *het Staatsbewind der Bataaffche Republiek*, promulgaretur lex diei 3 Junii 1803, de qua etiam fupra vidimus: idem quod in Hollandiâ per 7 fere annos juris fuerat, nunc ad totam Remp. extenfum est. Post feriem eandem Bibliorum etc. modo traditam, (cui nunc et additi *de zoo-*

(57) *Art.* 8. hujus legis.

zoogenaamde Griekſche en Romeinſche Auctores Clasſici, immers voor zoo verre den tekst derzelven aangaat,) dicitur: *blijvende aan ieder Ingezetene vrij en onverlet, van de opgemelde Boeken zoo vele drukken te vervaardigen, als dezelve voor zijn eigen of het algemeen belang zal geraden oordeelen* (58).

Quodſi igitur et Pſalteria privilegio ſemper deſtituta fuerint, et libere a quovis edi potuerint, primo obtutu aliquatenus mirandum eſt, quare anno 1806, postquam nova Cantica Pſalmis in uſum Eccleſiaſticum addenda cenſuisſent delegati ex Synodis Reformatis Provincialibus Hollandiae omnibus, qui in hunc finem anno 1803 Hagae Comitum convenerant, quare, inquam, haec Cantica non eandem libertatem ſint adepti. At vero non amplius id mirabimur, ſi ſequentia obſervaverimus. ALLARTIUS, tunc temporis Typographus et Bibliopola Amſtelodamenſis, ſimul et Haganus, de hisce Canticis edendis privatim tranſegit cum Concione hacce Eccleſiaſtica totius Belgii Foederati, ſive (post medium A^{ni}. 1806) Regni Hollandiae. Hanc rem non peregit Summus totius civitatis Imperans, quemadmodum obtinuerat anno 1773, quo juſſu Ordinum Generalium totius Reip. reddita erat nova verſio poëtica Pſalmorum, cujus verſionis edendae venia dabatur cuivis Typographo et Bibliopolae, qui Magiſtratuum Urbanorum conſenſum peteret, ut hac oc-

ca-

(58) *Art.* 10 legis.

casione a personâ Ecclesiasticâ probaretur. A°. autem 1806, ut verbo jam dixi, nullae fuere Summi Imperantis in totâ hac re partes; igitur delegati omnium Synodorum, tanquam persona privata, de Canticis edendis transegerunt cum ALLARTIO, qui, jus copiae in illa assecutus, vi *art.* 3 legis diei 3 Junii 1803, quo poena in *contrafactores* statuitur, mox monenda, contrafactores legitime persequi poterat. Hoc autem mox, A°. 1807, ALLARTIUS fecit. Typographus enim Harlemensis, JOH. ENSCHEDÉ, vir artis peritissimus, et pauci alii, putantes idem juris fore de Canticis, quod antea de Psalmis, Cantica typis mandare voluerunt, atque sic delicti sui minime gnari, proprie ALLARTII jus copiae infregerunt, dum si Cantica jussu Summi Imperantis exiissent, sine dubio integra et optima jura habuissent; nunc autem, dum res esset privata, postquam ALLARTIUS ENSCHEDIO se opposuisset, atque in judicio de hoc jure actum esset, a judicibus *articuli* 3 legis A°. 1803 rei declarati sunt.

Hinc eadem mansit juris conditio, usque dum, Gallorum jugo oppressi, Napoleontem Imperatorem salutare cogeremur. Die 9 Aprilis 1811 vidimus eum decreto diei 5 Febr. 1810 vim et auctoritatem in Hollandiâ tribuisse; jam in ipsis legis verbis nil quod ad libros Ecclesiasticos et Scholasticos, etc. invenimus; at vero legis *art*. 1 director Preli et rei Librariae constitutus est, qui ad meliorem legis notitiam elucidata quaedam edidit, in eodem

dem legum Gallicarum Repertorio reperiunda, quam fupra citavimus (59). In iis haecce obfervamus, fcopo noftro infervientia: *On ne peut imprimer ou réimprimer les heures, livres de l'églife, ou de prières (Getij-, Kerk- en Gebedeboeken), qu'avec permisfion des évêques diocéfains* (60); additamentum ex religionis Romano-Catholicae moribus petitum.

Patriâ noftrâ in libertatem reftitutâ, novimus Principem Araufiacum Gallicas leges de re Typographicâ et Librariâ minime noftris moribus adaptatas judicasfe, atque die 24 Jan. 1814 decretum edidisfe, quo et *art°.* 1. illas Gallicas leges abrogavit, ut vidimus, et (61) easdem exceptiones juris copiae locum habere jusfit, quas lex 3 Junii 1803 conftituerat: *Van het regt van eigendom zijn uitgezonderd de Gr. en Rom. klasfieke Schrijvers, wat den tekst aangaat, voorts Bijbels*, etc. — *waarvan niemand het kopijregt bezit, mitsgaders alle gewone Tijdwijzers en Almanakken.*

Recentisfima lex 25 Januarii 1817 eadem *art°.* 5. confirmavit. — In fchemate MSto hujus legis, a ROËLLIO propofito, auctoribus Clasficis etiam fubjuncti erant *annotationes et indices in eosdem* (62): id prudenter omisfum videtur; fic enim nimis late progrederetur lex, omnes omnino auctorum Clasficorum editiones jure copiae five proprietatis privans.

In disputatione de libris antea privilegio, nunc jure co-

(59) *Collection des Lois* etc. pag. 52—58.

(60) *Ibid.* §. II. No. 3. pag. 64.

(61) *Art.* 10 legis.

(62) Schematis *Art.* 8.

copiae destitutis, vidimus de jure constituto; quodsi autem de jure constituendo paucissima addere audeamus, videtur nobis justissimum, *legum Codices* futuros, postquam promulgatae erunt, etiam ad *art.* 5. legis A^i. 1817 referri, atque jure copiae tenus nemini inhaerere posse, quum ad omnium notitiam pervenire debeant, et copia exemplarium igitur tanta esse debeat, ut Bibliopola hic illi nocere nequeat; cessat itaque ratio vindicandi jus copiae unico editori. Antea tamen non solum id ita juris non fuit (63), verum etiam JOHANNI ALLARTIO, dum in vivis esset, A°. 1814 concessum erat jus copiae in legum Codices, qui tunc pro Belgio Septemtrionali exituri erant; at cui tamen juri ex ipsius Regis Augustissimi edicto derogatum, quum, utroque Belgio A°. 1815 conjuncto, alii Codices essent conficiendi, qui jam in eo sunt, ut brevi probentur; obiit interim ALLARTIUS, adeoque novorum Codicum jamjam prodituorum nemini inest jus copiae.

Legem anni 1817, universo Belgio datam sponte patet etiam quod ad libros sine jure copiae exeuntes, ad Provincias Meridionales Regni nostri se extendere: quae autem antequam illae anno 1794 Galliae jungerentur, ibi obtinuerunt, fere ad censuram et visitationem erant referenda, de quibus uberius infra §°. 3 tractabimus. Ab-

(63) Exemplum, legum Codices (*Wetboeken*) privilegio antea munitos fuisse, est in libro, qui inscribitur *Lantrechten van Overijssel*, *Zwolle* 1676, 4. cujus libri Typographo, GERARDO TYDEMAN illius Provinciae Ordines privilegium in 20 annos decreto diei 23 Aprilis 1675 concesserunt.

Abfolutis igitur, quae de libris *Ecclefiafticis et Scholafticis* fine privilegio edendis, igitur jus copiae editori non comparantibus, primum quod ad Hollandiam, deinceps quod ad totam patriam, dicenda habemus: redeamus ad *privilegia* adverfus vulgarium librorum contrafactionem Bibliopolis a parte Ordinum concesfa, de quibus dicebamus *pag.* 39.

Fere numquam Privilegium a Provinciarum Ordinibus dabatur in perpetuum, quia genuino Bibliopolae fatis profpectum videbatur, fi intra tempus definitum maximam partem exemplorum fuorum modico lucro vendidisfet; quum enim privilegium ideo concesfum esfet, ut ne detrimento fuo libros ederet Bibliopola, quem infestarent caeteroquin contrafactores, non injuftum erat, privilegio finem eo tempore imponi, quo praevideri poterat, Bibliopolam modicum lucrum percepisfe. Finito fpatio, non raro ejus renovationem petebat, quum five lucrum jam perceptum ipfi nondum videretur fufficiens, five fpe majoris etiam lucri alliceretur. Nunc autem non femper huic Bibliopolae annuebant Ordines. Quodfi renovatum non esfet, tacite contrafactoribus venia dabatur, opus rurfus edendi, juraque genuini Bibliopolae, quae nunc cesfabant, fibi arrogandi. Atque haec agendi ratio criterium est liberae Reip. et gubernationis moderatae; hoc etiam raro praeterquam in liberis civitatibus obtinuisfe opinamur. Ordines autem a fuâ parte, fic nec privilegia in perpetuum, nec plerumque privilegiorum elapforum renovationem concedentes, fibi fine dubio perfuafum

habebant, hinc in unicum hominem nimium lucrum redundaturum, forte regulae adhaerentes, quam de privilegio Collegiis mercatorum concedendo tradit illustris BIELFELDIUS: „ Il ne faut pas accorder „ ces fortes d'Octrois à perpétuité, mais seulement „ pour un certain nombre d'années, au bout des- „ quelles le Souverain est toujours le maitre ou „ de renouveller les Privilèges, ou de les révoquer, „ pour faire retomber cette branche du Commerce „ dans le public (64)."

At dicat quis, se mirari, quod non omnium librorum privilegium olim quaesiverint Bibliopolae. Fateor id primo obtutu mirandum esse; caussa autem in eo quaerenda nobis videtur, quod Bibliopolae, ubi sine privilegio typis quid darent, intelligerent, opera illa, sive ob pretii magnitudinem esse molestiora, sive ob tenuitatem minutiora, quam ut alii Bibliopolae ideo contrafactores fierent. Semper enim, licet nulli in eos poenae locus sit, abjecti animi quid videtur, aliorum quaestum intercipere, eosque fraudulenter lucro privare. Neque etiam *plerumque* hoc vitio laborabant Bibliopolae Belgici, praeterquam eo in casu, quo Bibliopolae *aliis in Provinciis* habitantes, quam ubi degebat genuinus Bibliopola, contrafacta ederent, juribus specialibus hujus Provinciae innitentes, lucrum suum vel minimum aliorum detrimento quaesitum, et quocunque modo partum, quasi inter pri-ma-

(64) *Institutions Politiques*, T. I. pag. 302.

marios suae actionis scopos constituentes: igitur alium laedere studentes. Si enim *eâdem in Provinciâ* habitarent, et primus editor librum sine privilegio in lucem mitteret, rarus erat casus, quo ejus juri surrepebatur; imo tanta erant hac in re proavorum nostrorum fides et religio, ut saepius factum sit, si v. c. Bibliopola A librum editum iri publicis novellis annuntiasset, libri autem editio aliquantisper impediretur, alius Bibliopola B, qui ejusdem libri edendi facultatem nactus esset, (sive liber esset indigenus, sive versio ex linguâ peregrinâ in vernaculam) Bibliopolam A adhortaretur ad libri editionem festinandam; quod nisi hic faceret, tunc sua B interesse, libri editionem curare. Ita si in eâdem Provinciâ habitarent; verum enim vero, si vel propius, in eâdem urbe forte, licet rarius, alter Bibliopola alterius libros privilegio munitos edidisset, id est, contrafecisset, in Collegii (*Gilde*) Bibliopolarum et Typographorum ibidem constituti odium incurrebat, ab eoque poenâ debitâ afficiebatur.

Privilegia igitur ab Ordinibus Provincialibus petita magis securos reddebant Bibliopolas a conatibus, ad quos contrafactores *in eâ Provinciâ* minus forte religiosi tendere vellent. Rarius tamen huic malo locus erat, quum variis in Provinciis majores nostri justioribus et aequioribus principiis essent imbuti, ita ut contrafaciendo libros, aliorum sacra jura infringere sibi viderentur. *Extra Provinciam* autem quum ea Privilegia se non extenderent, alius Provinciae Bibliopola libere contrafa-

cere poterat, ex qua tamen Provinciâ operis introductio in eam, ubi genuina editio prodierat, acriter erat vetita. Hic jam unum ex compluribus incommodis observamus, quae ex legislatione singulis Provinciis propriâ, et jurisdictione in quavis fere regione diversâ, minime inter se consonâ, oriuntur. Eadem res cum olim jam frequenter obtinebat in multis Germaniae Septemtrionalis regionibus, Regnis, et Principatibus, proxime sibi invicem adjacentibus, tum adhuc ibidem perdurat; hinc immensa contrafactorum librorum ibi copia orienda; quae enim nunc in hac regione eduntur, paucis abhinc annis, mensibus, hebdomadibus forte in viciná ditione pretio viliori, igitur et majori lucro, impune percepto, prodeunt (65).

Jam vero jura Bibliopolarum adversus contrafactores, privilegiorum concessione plerumque comprehensa, durante Rep. Belgii Foederati obvia prosecuti sumus. Verum sub finem Saeculi praecedentis

(65) Privilegiis a contrafactione cavebatur. Huic quaestioni alia conjuncta est, (ut in transitu monere licet), quomodo quis nomine suo adscripto indicaret, librum *suum* esse; qui enim eo signo destitutus erat liber, manifesto erat falsus, et locus erat investigationi delinquentis. Sic auctor, si jus copiae operis sui sibi servasset, vel Bibliopola, si ab auctore emisset, ad aversam tituli partem, manu suâ adscriptâ, indicabat, exemplaria non ita signata esse contrafacta. Signavit ita Ao. 1779 Bibliopola T. TJALLINGIUS libros quosdam matronarum eruditarum, E. BEKKER et A. DEKEN. — JOH. ALLART Ao. 1808 *Vitas Virorum Feminarumque celebriorum Saeculi* XVIII. a s. BAUERO conscriptas, Belgice versas sic signavit; complura alia exempla adsunt.

tis mutabantur plurimarum rerum jura, quorum ea quae nos fpectant, *hac* §. memoranda fuperfunt. Lex anni 1796, nova complura quod ad noftram rem fiftens, haecce imprimis habet: *Dat van nu voortaan geene Privilegien of Octroijen tot het drukken en uitgeven van eenige Boeken of Stukken zullen worden verleend, als ftrijdende tegen de thans aangenomene grondbeginfelen, volgens welke ieder Ingezeten eene aanfpraak heeft op de beveiliging van zijnen regtmatigen eigendom* (66). Etfi jam fupra *hunc art.* retulimus, hic repetendus est, quippe maxime ad hunc locum faciens. Deinceps cuivis, qui jus copiae rite et juste possidet, cavetur de proprietate, quo accedit quod ad contrafactionem: *wordende het nadrukken van een origineel werk binnen deze Provintie (Holland) of indien dat elders mogt nagedrukt zijn, het invoeren en verkoopen dier nadrukken in dit gewest, wel uitdrukkelijk verboden; op peene, dat de nadrukker, voor de eerfte reize zal incurreren de confifcatie van alle de nog voorhanden zijnde Exemplaren, en de betaling van de waarde of het beloop der reeds verkochte, te bereekenen tegen den verkoopprijs, ten profijte van den eigenaar van het werk; voor de tweede reis zal boven en behalve voorn. peene den nadrukker verboden worden, den Boekhandel uitteoefenen: zullende zij die dusdanige nadruk-*

(66) *Art.* 1 legis.

drukken binnen deze Provintie invoeren en verkoopen, vervallen in eene boete van f 500 ten profijte als voren, mitsgaders de nog voorhanden Exempl. mede den eigenaar moeten overgeven, en dezen het beloop der reeds gedebiteerden tegen berekening als boven moeten voldoen (67). Videmus, delicta iteratâ vice perpetrata gravius puniri, quam si primâ vice committantur; ratio in eo est, quod qui primâ vice peccent, nondum ita depravatos se ostendunt, et vitio deditos, quam qui delictum iterant.

Haec de Provinciâ Hollandiâ. In transitu tamen hic adjungendum, quomodo in casu speciali, non diu ante hanc legem evulgatam, quoad contrafactionem peculiaris operis prospexerint Summi Reip. gubernatores. Die 7 enim Novembris ejusdem anni 1797, absoluto, quod dicebatur, Schemate Legis Fundamentalis totius Reip. (*Ontwerp van Constitutie voor het Volk van Nederland*), Senatus Nationalis (*de Nationale Vergadering representeerende het Volk van Nederland*) promulgatione vetuerat et interdixerat: *dit ontwerp, — in de Nederlandsche, of vertaald in eenige andere taal na te drukken, of te doen nadrukken, of nagedrukt zijnde uitgeven, te disemineren en te verspreiden, — niet alleen op verbeurte van de nagedrukte Exemplaren, — maar daarenboven op eene boete van f 6000* (poena satis acris!), ⅓ *voor den Calangeren-*

(67) *Art.* 2 hujus legis.

renden Officier, ⅓ *voor den aanbrenger*, *en* ⅓ *voor de Armen der plaats*, *waar de calange zal worden gedaan* (68).

Sequitur nunc in nostrâ materiâ lex saepius jam allegata diei 3 Junii 1803, quae non multum a praecedenti diei 8 Decembris 1796 differt, et qua, quae modo Hollandiam solam spectabant, jam ad totam Remp. Batavam transferebantur. Poena tamen in contrafactores statuta aliquatenus mutata est: *de verspreider of verkooper zal incurreren*, *voor de eerste reize*, *confiscatie van alle binnen deze Rep. nog voorhanden zijnde ongedebiteerde Exempl. van den nadruk*, *en het beloop van* 250 *Exempl. van den echten druk*, *te berekenen naar den verkoopprijs*, *beide ten profijte van den eigenaar van den oorspronkelijken druk*; 2de *reize*: *daarenboven eene som ten bedrage van* 500 *Exempl. van den echten druk*, ½ *voor de Armen der plaats*, ½ *voor den geregtelijken aanklager*, *die calangeert.* 3de *reize*: *boven en behalve dien bannissement buiten het territoir der Bat. Republiek* (69). Videmus hic etiam pauperibus prospici; optima institutio, quae ex veteribus Ordinum hujus Reip. decretis compluribus (de quibus *Cap.* II. videbimus) translata est, in lege tamen 8 Decembris 1796 desiderabatur.

Hinc pergendum nobis est ad aliam legislationem; quales postremis annis sat cito complures

fi-

(68) *Verzameling van Publicatien natá 6 cit.* V. *D.* No. 197.

(69) *Art.* 3 hujus legis.

H

fibi invicem succesferunt. Quae enim Imperator Gallicus in Codice Poenali quoad contrafactionem ineunte A°. 1810 edixerat, etiam nobis inde a die 1 mensis Martii anni 1811 fuere praescripta. Videamus, quaenam habeat Codex: *Toute édition d'écrits, — imprimée ou gravée en entier ou en partie, au mépris des lois et réglemens relatifs à la propriété des auteurs, est une contrefaçon; et toute contrefaçon est un délit* (70). *Le débit des ouvrages contrefaits, l'introduction sur le territoire français d'ouvrages, qui, après avoir été imprimés en France, ont été contrefaits chez l'étranger, sont un délit de la même espèce* (71). *La peine contre le contrefacteur, ou contre l'introducteur sera une amende de* 100 *francs au moins et de* 2000 *francs au plus; et contre le débitant une amende de* 25 *francs au moins et de* 500 *francs au plus. La confiscation de l'édition contrefaite sera prononcée tant contre le contrefacteur que contre l'introducteur et le débitant. Les planches, moules, ou matrices des objets contrefaits seront aussi contrefaits* (72). *Dans les cas prévus par les articles* [illegible] *pré-*

(70) *Art. Cod. Poen.* 425. Hi et *seqq. artt.* pertinent ad *L.* III. *T.* 2. *Cap.* 2. *Codicis*, quod Caput decretum est die 19 Februarii, promulgatum 8 diebus postea, die 1 Martii 1810; quumque illos *artt.* hoc Codice promulgare vellet Imperator Napoleo, nihil de contrafactione legi 5 Febr. hujus anni (de re Typographica et Libraria) inferuit. Interim ipse Codex quod ad Galliam executioni non datus est ante diem 1 Januarii 1811, ex decreto Imperatoris, diei 13 Martii 1810. In Belgio Septentrionali (ut modo diximus) vim legis accepit demum inde a 1 Martii 1811.

(71) *Art.* 426. (72) *Art.* 427.

précédents, le produit des confiscations, ou les recettes confisquées, seront remis au proprietaire pour l'indemniser d'autant du préjudice qu'il aura souffert; le surplus de son indemnité, ou l'entière indemnité, s'il n'y a eu ni vente d'objets confisqués, ni saisie de recettes, sera réglé par les voies ordinaires (73). Quae in deliberationibus (*Motifs*) super his *artt.* habitis reperiuntur, sine dubio praeclara continent. „ Il est évident que le délit de „ contrefaçon offre un attentat à la propriété. — „ Les règles d'après lesquelles la propriété d'un „ auteur est légalement reconnue, celles qui déter„ minent l'étendue et les bornes de cette proprié„ té, ne sont point l'objet du C. P. Il ne s'agit „ ici que des peines; qui doivent être subies par „ les contrefacteurs: elles sont une amende et la „ confiscation de la chose contrefaite: ces peines „ ne tournent jamais au profit de l'Etat, qu'après „ que la partie lésée a *été* entierement indemni„ sée. — Il est a considérer que le delit de la con„ trefaçon exige une surveillance d'autant plus sévère, „ que son effet ne se borne pas à porter préjudice „ au proprietaire légitime; l'impunité d'un tel délit „ nuiroit tout-à-la fois aux arts et au commer„ ce, par le découragement qu'il apporterait parmi „ les auteurs et les éditeurs, puisqu'il n'en est au-

„ cun

(73) *Art.* 429. Hisce juribus consequens erat, quod in parte tituli, postica librorum sub Imperio Gallico editorum, plerumque inveniretur: *les contrefacteurs seront punis selon la loi.*

H 2

„ eux, qui ne doit craindre pour lui le même sort. „ Disons plus, cette fraude rejaillirait sur l'Etat „ lui-même, qui tire son plus grand lustre de la „ prospérité des arts et du commerce (74)". Quas autem addidit animadversiones Typographus et Bibliopola Haganus VAN CLEEF in libro saepius citato (75), de contrafactione *totius* libri et partis alicujus, licet in universum bonae sint, nimis late tamen ille procedere videtur, qui de prohibitione contrafactionis quoad parvam alicujus libri partem disserens, dicat, vel unicam paginam, unicam strophen, unicam periodum, ex alio libro descriptam et editam, absque veniâ ejus, qui totius libri jus copiae habet, esse contrafactionem; contrafactio autem delictum est, ut modo vidimus (76).

Vidimus jam in legislatione Gallicâ Napoleonticâ de contrafactionibus satis cautum esse, absque eo, ut ad vindicandum jus copiae *privilegiis* esset opus (77). Et reverâ nihil privilegiorum inest huic le-

(74) Cf. *Motifs du C. P., precédé d'Herhan. Paris*, 1811. *pag.* 231, *sq.*

(75) *Collection des Lois*, etc. *Notes de l'éditeur. Sect.* III. *pag.* 48 *et* 50.

(76) *Art.* 425. *C. P. all.*

(77) Saeculo XVIII. tamen hic illic *privilegiorum* vestigia in Gallia invenimus. Inserviebant et hic abusui juris copiae praeverrendo. Cfr. MERLIN *l. l.* §. 8 privilegium in 40 annos concessum, §. 12 aliud datum petitori *pour lui et ses hoirs à perpétuité*. Etiam haec privilegia vel Ao. 1802 ibi aderant; cf. *Collection des Lois; Notes de l'éditeur. Sect.* I. *p.* 44. Interim lege nullâ juri copiae adversus contrafactores privilegio prospectum est, nec e contra ullum decretum penitus abrogavit privilegia, quale apud nos die 8 Decembris 1796 exiit.

legislationi ipsi, in quantum eâ de nostrâ re agit: nihilominus in editoris Hagani notis duo casus referuntur, in quibus Galli haecce privilegia, quae *specialia* vocabant, agnoscerent circa annum 1811, qui casus tamen ipsis legibus non continebantur.

1°. In regionibus anno 1810 Imperio Gallico junctis, (Hollandiae Regno, Germaniae Septemtrionalis parte insigni, aliis) saepe obtinebat, ut praefectus regionis Bibliopolam juberet, ea decreta Imperatoria aliaque publica acta, Gallice, versione legali Belgicâ annexâ, typis mandare, quae maxime his in terris ad omnium notitiam pervenire debebant. Hocce privilegium in tempus plus minusve longum huic editori concedebatur.

2°. Si leges ab Imperante latae, explicatione quadam indigerent iis in locis, ubi verba paullulum obscuriora id postulabant (licet leges tam clarae esse debeant, ut explicatione iis non opus sit), vel si leges extendi deberent ad casus, quos legislator praevidere non potuerat; hae explicationes locales, versione legali additâ, debebant edi, illiusque libri editi privilegium habebat Bibliopola. Liber tamen utroque casu, elapso tempore ad privilegium concesso, redibat ad classem proprietatis literariae (78).

Quum

exiit. Quantum in modum autem Gallorum nonnulli privilegiorum exclusoriorum inimici, contrafactionis laudatores et fautores olim extiterint, vix dici possit. Cff. quae in vocibus *contrefaire* et *privilège exclusif* habet opus Gallicum, cui titulus: *Encyclopédie. Yverdon.* 1774. *Tom.* XI et XXXV.

(78) VAN CLEEF *Collection* etc. *Notes de l'Editeur*, *Sect.* II. pag. 44, 46.

Quum Princeps Araufiacus poft rerum converfionem in patriam esfet redux, in lege 24 Januarii 1814, abrogatâ etiam quod ad contrafactionem legislatione Gallicâ, ftatuit: *Wordt uitdrukkelijk verboden op eenigerley wijs eenig oorfpronkelijk werk, of na te drukken en te verkoopen, of buiten de Vereenigde Nederlanden nagedrukt zijnde, intevoeren, te verfpreiden, of te verkoopen, op ftraffe zoo van confiscatie van alle binnen deze Landen nog voorhanden zijnde ongedebiteerde Exemplaren van den nadruk, ten voordeele van den eigenaar van den oorfpronkelijken druk, als van betaling aan denzelven eigenaar van de waarde van* 300 *Exemplaren van den echten druk, te berekenen naar den verkoopprijs* (79). Interim hic *art.* in eo differt ab *art.* 2. legis 8 Decembris 1796, et *art.* 3. legis 3 Junii 1803, quod in lege anni 1814 nulla adhibeatur diftinctio, utrum quis 1ª, 2ª, an 3ª vice hoc delictum perpetret; nullus est adfcenfus, qui in legibus praecedentibus probe erat obfervatus.

Venit ultimo loco in ferie legum lex die 25 Januarii 1817 promulgata, quae fequentia habet: *Alle inbreuk op het kopijregt, het zij bij eene eerfte uitgave van eenig nog niet gedrukt boek, — het zij bij herdruk van hetgeen reeds in druk was, zal als* nadruk *aangemerkt, en als zoodanig geftraft worden, met confiscatie van alle binnen dit Rijk voorhanden zijnde ongedebiteerde exemplaren van den na-*

(79) *Art.* 7 hujus legis.

nadruk, en de betaling van de waarde van 2000 *exemplaren van het nagedrukte boek, te berekenen naar den Boekverkoopers-prijs van den wettigen druk, beide ten voordeele van den eigenaar van den oorſpronkelijken druk; en zulks nog behalve de betaling eener boete, niet te boven gaande de ſom van f* 1000, *en niet minder dan f* 100, *ten behoeve van de algemeene armen van de woonplaats des nadrukkers; en zal de nadrukker bij herhaling bovendien naar de omſtandigheden onbekwaam kunnen verklaard worden, om in het vervolg het beroep van boek-drukker of verkooper te kunnen uitoefenen; onverminderd de ſtraffen, welke tegen vervalſching bij de algemeene wetten zijn of mogten worden geſtatueerd. — Op dezelfde wijs zal worden geſtraft het invoeren, verſpreiden of verkoopen van buiten het Koningrijk nagedrukte oorſpronkelijke letter- en kunst-werken, of vertalingen, waarvan men hier te Lande het kopijregt bezit* (80). Monendum hic autem videtur, etſi, ex opinione virorum rei Typographicae et imprimis Librariae peritorum, obſcuritas quod ad jus copiae hac in lege reperiri videatur, hinc tamen non profluere, poenam in *contrafactores*, modo traditam, etiam eſſe minus rectam, minusve huic rei adaptatam; in materiâ enim de contrafactione nil interest, cujusnam jura (ſive *auctoris* libri, qui ex quorumdam mente jus copiae ſemper ſibi ſervaret, ſive *Bibliopolae*) laeſerit contrafactor; ut

(80) *Art.* 4 hujus legis.

ut poenâ ſtatutâ dignus ſit, ſufficit ipſum laeſiſſe. Interim hujus *art.* poena longe excedit poenas hujus delicti in legibus anterioribus. Pauperibus, quibus proſpexerat lex anni 1803, non item anni 1814, hic rurſus proſpicitur. Ratio deniquenova conſtituendi mulctas, v. c. non majorem, quam *f* 1000, non minorem, quam *f* 100 (ut *h. l.*), ex legislatione Gallicâ petita est: mulctae hoc pacto redduntur minus arbitrariae, ita ut minus, quam antea id fieri ſoleret, judicis voluntati relinquatur; antiquitus frequentes occurrebant in patriâ noſtrâ formulae: *de regter zal uitſpraak doen naar exigentie van zaken*, vel: *wordt de overtreder veroordeeld tot eene arbitrale boete of correctie, ter deciſie van den regter*, et quae hujus generis aliae ſunt. — Unum adhuc hujus loci est memorare, antequam ad ea transeamus, quae *privati* quoad contrafactionem arcendam effecerint. Ne enim leges recentiores fragmentorum ad inſtar memoraſſe videamur, ea ſummatim adjungenda ſunt, quae in reliquis harum legum *artt.* ſtatuuntur praecipua quod ad rem Librariam, ut jurium Bibliopolarum omnium hodiernorum conſpectum habeamus integrum.

Redeamus igitur iterum ad legem diei 8 Decembris 1796, obiter examinaturi, quae de *iteratâ editione* (*herdruk*), de *verſionibus* et *excerptis* librorum conſtituta ſint. Ea ſic ſe habent: *Wij decreteren, dat wanneer een origineel werk uitverkocht is, en hetzelve echter aanhoudend gevraagd wordt, de be-*

bezitter gehouden zal zijn hetzelve te herdrukken, of, indien hij zulks niet verkieſt, zijn regt van Copie aan een ander, die daarom mogt vragen, overtedoen (81). *Dat op zoodanige poenaliteiten, als bij* art. 2. *tegen de nadrukkers geſtatueerd zijn,* (cf. ſupra *pag.* 55. *ſq.*) *uitdrukkelijk — verboden wordt, eenig werk hier te lande uitgegeven zijnde, in eene andere taal te doen drukken, of eene verkorting van hetzelve in het licht te geven, zonder toeſtemming van den eigenaar* (82); qui conſentiens, jus copiae ex hac verſione oriundum editori verſionis relinquit, nam ex mente legis jus verſionis in quamcunque linguam proprie inhaeret primo libri editori, a quo illud petere debet verſionis editor. Pergit lex: *Dat wanneer een Boekverkooper een werk, buiten 's Lands* (id est extra Hollandiam, cujus regionis nomen perſpicuitatis cauſâ in fine articuli additur) *gedrukt zijnde, in deze Provincie* (Hollandiâ, pro quâ ſolâ lata erat lex) *heeft nagedrukt* (83); *niemand op pae-*

(81) *Art.* 3 hujus legis.

(82) *Art.* 4.

(83) Haec contrafactio igitur licita est. Ex iis, quae hic, aperte in detrimentum reliquarum patriae noſtrae regionum, in Hollandiâ ſtatuuntur, patere nobis videtur invidia inter eas regiones tunc temporis obtinens: imo huc accedunt et faciunt, quae habet *art.* 5 *in fine: door uitheemſche of buiten 's Lands gedrukte werken, worden bij dezen expresſelijk verklaard, alle werken buiten* deze Provincie *gedrukt.* Atque tanta invidia (ita ut impune contrafacta opera v. c. in Friſiâ exirent, quorum genuina editio in Hollandiâ prodierat,) obtinebat, eheu! inter Regiones, quae omnes Fraternitatem mutuam ſe tui-

poene bij art. 2 *gestatueerd*, *hetzelve wederom in dit gewest zal mogen nadrukken*, *of die nieuwe nadruk*, *of andere nadrukken*, *buiten deze Provincie vervaardigd*, *zal mogen verkoopen*, *mits zoodanig Boekverkooper alvorens behoorlijke advertentien van zijn voornemen om het gemelde werk na te drukken*, *in de nieuwspapieren hebbe gedaan*; *zullende het niettemin aan een ieder vrij blijven*, *den oorspronkelijken druk in te voeren of te verkoopen* (84). *Dat wanneer een Boekverkooper in deze Provincie eene vertaling van een werk*, *hetwelk buiten 's Lands gedrukt is*, *uitgeeft*, *alsdan mede op poene bij* art. 2 *gestatueerd*, — *verboden wordt*, *die vertaling na te drukken*, *of uitheemsche nadrukken van dezelve in te voeren en te verkoopen*, *mits zoodanig Boekverkooper in de nieuwspapieren van dit zijn voornemen hebbe kennis gegeven: doch dat het des onaangezien aan een ieder zal vrijstaan*, *niet alleen het oorspronkelijk werk in te voeren en te verkoopen*, *maar ook vertalingen van hetzelve in andere talen te laten drukken*, *en uittegeven* (85). *Dat wanneer een Boekverkooper behoorlijk in de nieuwspapieren adverteert*, *dat hij voornemens is eenig bepaald werk uittegeven*, *na te drukken*, *of te doen vertalen*, *die advertentie hem regt van preferentie zal geven*, *om zulks te doen boven alle anderen* (86).

Li-

positurus statuerant, deque ea re Ao. praecedenti 1796 palam convenerant!

(84) *Art.* 5. §. 1. (85) *Art.* 6. (86) *Art.* 7.

Lites de iteratâ editione vel verfione primâ aut alterâ, et excerptis forte exortas, arbitrio duorum Bibliopolarum, a litigantibus eligendorum, lex relinquit (87). Caetera hujus legis amplioris et verbofioris capita funt minoris momenti, faltem hujus loci non esfe videntur. Additur in fine haec periodus, de legislatorum bono propofito nos tam aperte certiores reddens, ut eam defcribere liceat. *Wordende eindelijk alle Boekhandelaren in dit gewest van onzentwege op het ernftigfte vermaand, om, een ieder naar zijn vermogen, mede te werken tot het verbeteren van den vervallen Boekhandel, en om denzelven, met weering van alle gefchriften, die niet tot verlichting van het verftand, vermeerdering van kunde, verbetering van het hart, befchaving van goede zeden, mitsgaders opwekking van Godsdienst en Deugd kunnen ftrekken; weder in vollen luifter te herftellen.* — Sic nova lex. Ante rerum autem converfionem de iteratâ editione, de verfione, nec de excerptis ulla jura conftituta erant, quum nulla de librorum mercaturâ ante A^um. 1796 exierit lex.

Jam accedimus ad ea, quae in lege 3 Junii 1803 pro univerfâ Rep. Batavâ evulgatâ, hanc materiem tractant. Adest primo loco *art.* 4, eadem Reip. ftatuens, quae Hollandiae *art^us.* 4 legis praecedentis. Una interim exceptio est: permittitur cuivis Indigenae fparfio fcriptorum Chronicorum, et Calendariorum, quae dicuntur (*Tijdfchriften, Almanakken, Recenfien*). *Art.* 5 vetantur ea, quae vetuerat

§^us. 1.

(87) *Artt.* 3, 4, 6 *fub finem.*

5^ti^. 1. *arti.* 5 praeced. legis. Vetatur ibi infuper: *binnen de drie jaren na de uitgaaf der vertaling van een buiten deze Republiek uitgekomen werk, eene andere vertaling in dezelfde taal te leveren. Art.* 6 continentur fpecialia quaedam, quod ad verfionem operis extranei, Bibliopolae injuncta: 1°. oblatio operis extranei ipfius penes domicilii fui rectores (*Gemeentebeftuur*): tum 2°. confilii fui opus vertendi patefactio ope novellarum publicarum: 3°. oblatio infignis partis verfionis intra femeftre penes eosdem rectores. *Art.* 7 jura quaedam exponuntur, ei injuncta, qui opus indigenum, vel qui jure praeferentiae verfionem edit. Caetera minus fcopo noftro inferviunt. Tandem additur: *Dat hier mede gehouden worden voor vervallen alle Plakkaten en Wetten, tot dus verre, ten opzigte van de uitgaven van Boeken bij eenig Nationaal, Gewestelijk of Stedelijk beftuur, in deze Republiek, in der tijd geëmaneerd* (88).

Habet, quae penes nos proxime Infequuta est, legislatio Gallica de editione iteratâ, verfionibusque fpecialia nulla; at fcripta Chronica, Ephemerides, hebdomadaria, item quibus opera prodeuntia recenfentur et dijudicantur, quae antea partem editorum librorum repetere, addito judicio *Cenforis* (*Recenfent*), cenfebantur, nec tamen contrafactionem in fe continebant, quaeque igitur hanc ob rem lege proxime antecedenti exceptioni locum dare videbamus: haec

(88) *Art.* 12.

haec omnia acriter coarctata funt fub Napoleontis imperio.

Oftendit fe hac in re fatis aperte defpotica Gallici Imperatoris dominatio decreto die 3 Augusti anni 1810 evulgato, cujus verba: *Il n'y aura, qu'un feul journal dans chacun des départemens* (89), novellas publicas, politica quaevis continentes, antea in plerisque patriae noftrae urbibus obvias, capite minuerunt; ratio autem hujus coarctationis ita in aperto est, ut ejus communicatione carere commode posfimus, praefertim quum ipfi rem experti fimus. In iis autem, quae, explicationis caufâ legibus Gallicis addidit Director rei Typographicae et Librariae, invenimus (90), haecce fcripta Chronica curae et infpectioni Adminiftri generalis Politiae mandata fuisfe, ut nequid tyranno infestum et periculofum continerent. Tyranni enim, continuo metu follicitati, et maris ad inftar turbulenti hic illic acti, veritatem timent, eamque vel omni modo a fubditis fuis avertere ftudent.

Iterum pervenimus ad legem diei 24 Januarii anni 1814, quae uti in iis, quos fupra allegavimus, *artt.*, fic et in mox allegandis de *verfione*, maxime legem anni 1803 fequitur. Dicitur enim: *Op dezelfde ftraffen, als bij* art. 7 *zijn bepaald* (cf. fupra *pag.* 62.) *worde insgelijks verboden het*

ver-

(89) *Art.* 1. hujus decreti, quod integrum in libro faepius allegato *Collection des Lois*, etc. pag. 22.

(90) Cf. *Collection* cit. pag. 70.

verspreiden of verkoopen van eenigerleij vertaling, verkorting of uitbreiding van eenig, in de Vereenigde Nederlanden, uitgekomen oorspronkelijk werk, ten zij met schriftelijke toestemming van den eigenaar van hetzelve. Hiervan echter zijn uitgezonderd de uittreksels, beoordeelingen, opgaven, enz., die in Tijdschriften het publiek worden medegedeeld (91). *Wordt mede op straffe in* art. 7. *vastgesteld, verboden eenigerlei nadruk van de Nederduitsche vertaling eens buiten deze Landen uitgekomen Werks, of het debiteren eener andere Nederduitsche vertaling van hetzelfde werk, binnen de drie eerste jaren na de uitgaaf der eerste vertaling* (92). Partim de eâdem re cautum erat *art°.* 5 A[i]. 1803 (cf. supra *pag.* 68. *initio*). Hoc triennio solummodo versioni *Belgicae* prospicitur, quia hujus sparsioni, exteris linguam Belgicam rarissime callentibus, non tam latus patet campus, quam versionibus aliâ linguâ prodeuntibus, quae hoc auxilio non indigent. *Art°.* 11 significantur ea, quibus obstrictus est ille, qui primus operis extranei versionem in Belgio edere velit, eamque jure copiae sibi habere cupiat: hic *art[us]* ad verbum respondet *art°.* 6 legis anni 1803. Caetera minus hujus loci omittimus. Si verum est, inter legis praecipua requisita merito recenseri, ut brevis sit, et exiguâ verborum ambagine contineatur, praeponenda est haec lex vario nomine legibus annorum 1796 et 1803.

Ul-

(91) Hujus legis *art.* 8. (92) *Art.* 9.

Ultimo loco sese nobis offert lex 25 Januarii 1817, quae de iteratâ editione nulla, de versionibus autem haecce habet: *Het Kopijregt van vertalingen van een buiten dit Koningrijk in het licht gekomen oorspronkelijk letterwerk, is het uitsluitend regt van vertalers en regtverkrijgenden, om hunne vertalingen van genoemd letterwerk, door den druk gemeen te maken, te verkoopen en te doen verkoopen* (93). Hocce autem jus copiae *art.* 3 legis terminatur 20 annis post interpretis mortem, aeque ac de operibus originariis, quae dicuntur, illud supra vidimus, sub finem §¹. *praeced.*. Quae porro sparsionem versionum contrafactarum spectant *art*. 4 hujus legis, jam supra *pag.* 63 ad eundem *art*um. 4 retulimus; plura de versionibus lex non habet (94); caeteroquin scopus, quo hanc legem tulit Rex noster, erat definitio et circumscriptio *juris copiae*, seu *proprietatis*. *Art*us. 6 non nisi peculiaria quaedam constituit ei necessaria, qui operis qualiscunque jus copiae possidere velit, v. c. opus typis Belgicis edi, editoremque Belgam habere debere.

Vi-

(93) *Art.* c.

(94) Interim gravis quaestio de versionibus moveri possit, utrum *omnes* versiones ad hos *artt.* 2 et 4. referri debeant? Videtur quaedam differentia adesse inter linguas, ex quibus libros vertamus. Nonne v. c. quis auctores Latinos Graecosve, sive prosae, sive poëseos scriptores in linguam vernaculam vertens, profecto tantem adhibet operam, ut versiones ex linguis hodiernis longe superare videatur, ejusque versio fere ingenii fructus dici, et operibus, quae dicuntur, *originalibus*, accenseri queat?

Vidimus de Summi Imperantis conaminibus ad puniendos contrafactores adhibitis; videamus, quaenam et quanta Bibliopolae, *privati* jurium suorum acerrimi vindices, ipsi sibi effecerint.

Ex iis, quae recentissima lex de contrafactione constituit, patet, legislatorem operam omnem intendere voluisse, quo huic malo obversaretur: quod maxime ex insigniter aucto exemplarium numero liquet, quorum pretium genuino editori foret solvendum. Neque haec conamina supervacanea, aut inutilia censeri possunt, quum jam integro fere anno ante legem illam ultimam, initio nempe anni 1816, magnae querimoniae ubique suscitarentur de ingenti contrafactorum et suppostitiorum librorum numero, in patriâ nostrâ post rerum pristinarum instaurationem subito exorto; aeque ac si vix liberatis a Gallorum jugo, eorumque inspectorum diligenti curâ, contrafactoribus nullum amplius superesset impedimentum, quo minus pro lubitu genuinorum Bibliopolarum personam induentes, iis ubivis nocerent.

Ut huic malo se opponerent Bibliopolae, videntes etiam Principis Auriaci decretum diei 24 Januarii 1814 plerumque negligi, complures in Belgio Septemtrionali se mense Majo anni 1816 solemniter conjunxere, alios etiam Bibliopolas quasi ad societatem ineundam invitantes, quo magis conjunctis viribus valerent ad malum cito irrepens praevertendum, et ubi reverâ se ostenderet, radicitus evellendum.

Hoc

Hoc confilium, literis ad unumquemque Bibliopolam patriae noftrae datis, fignificarunt, caufam, quare legi Regiae multi fe fubducere queant, maxime tribuentes magnis difficultatibus, quae ex inftituendo, et nimiis fumptibus, quae ex perfequendo procedendi modo fuâ fponte orirentur; fimulque cum iis communicantes, fe hisce fraudibus juriumque optimorum infractionibus frenum injicere velle,

1°. adhibendo quosvis conatus, ut certiores fierent de libris focii cujusvis ex confociatione ab alio contrafactis;

2°. injungendo hujus inveftigationis curam fpecialem triumviris, Hollandiae, imo totius Regni noftri partis Septemtrionalis Bibliopolarum e primariis (95), D. DU MORTIER, Lugduno-Batavo, A. LOOSJES, P. FIL., Harlemensi, et J. VAN DER HEY, Amftelodamenfi, quibus igitur contrafactorum oppresfio prae aliis cordi esfe debebat;

3°. denique, validis testimoniis contrafactionis libri cujusdam acceptis, perfequendo delinquentem ex principiis juris, et contra eum formâ confuetâ procedendo, quam brevisfime et citisfime posfet. — Quod confilium maxime probandum videtur, quum haec

(95) Eorum nempe, qui opera linguis recentioribus, feu quas *vivas* vocant, confcripta typis edunt; nam de iis, qui Graeca et Latina edunt, mentio hic non injicitur, quippe qui contrafactionibus rarisfime infestantur, exceptis libris Graecis Latinisque Scholafticis (*Schoolgoed*), quorum tamen jus copiae privum nunc a nemine posfideri fupra vidimus.

haec societas longe melius et celerius contrafactores invenire, in eosque agere posſit, quam ipſa potestas judiciaria, vel Director rei Preli et Librariae, ſi Gallorum exemplum imitari vellemus. Si enim horum alterutri injunctum esſet contrafactores perſequi, opuscula innumera contrafacta jam ſparſa forent, antequam hujus rei notitia ad potestatem judiciariam, vel ad Directorem pervenisſet; opuscula autem, quae contrafiunt hisce temporibus, plerumque ſunt ſcholaſtica, viliori pretio emenda, quorum ingens numerus brevi ſpargitur. Interim id omnium citisſime ab hacce ſocietate Bibliopolarum deprehenditur.

Nam vel eodem jam anno 1816 et duobus annis ſequentibus triumviri rebus Bibliopolarum conſtituendis omnem operam navarunt, ut ope et auxilio Politiae, quae dicitur, gaudentes, contrafactionibus, quas Bibliopolae minus honesti inſtituerant, terminum imponerent, juraque ſua ſumptibus cuivis ſocio communibus perſequerentur, hoc bono eventu, ut in concilio omnium Bibliopolarum Amſtelodami convocato, die 9 Julii anni 1818, felicisſimum conatuum hucusque impenſorum eventum cum iis communicarent, ſimulque ſatis firmam et validam iis ſpem ſignificarent, fore ut rei ita proſpere coeptae eventus reſponderet. Interea temporis mortuis D. DU MORTIER, et A. LÖOSJES, P. FIL. ſuffecti erant P. C. VAN MARLE, Lugduno-Batavus, et P. VAN CLEEF, Haganus, qui cum ſuperſtite J. VAN DER HEY in rei adminiſtratione egregie pergunt.

In-

Interim longe gravior poena, quoad contrafactionem in novisfimâ lege Regiâ ftatuta, etiam hisce privatorum hominum conatibus fe adjungit, eosque firmat, dum ex eo, quod triumviri in munere peragendo adhucdum verfentur et quotidie pergant, videntur optimi exactores art. 4 hujus legis, abufum contrafactorum coërcentis.

§. 3.

De Juribus quoad librorum proprietatem in parte Meridionali Regni Belgici.

Atque fic pro viribus narravimus quae de jure copiae, deque librorum contrafactione ad hunc usque diem in Belgio Septemtrionali publici juris facta funt: fuperest hoc capite, ut leviter attingamus ea, quae in Belgii Regionibus Meridionalibus locum habuere et quod ad jus copiae et quod ad operum contrafactionem coërcendam.

Perpauca, quae ad nos pervenerunt, prodemus; diverfa autem quum esfent ab iis, quae in Belgio Foederato obtigere, feparatim ea tractare maluimus.

Quantum in remotiora tempora inquirere potuerimus, fpecialis adjudicatio juris copiae, et poena in contrafactores nulla ftatuta est a Summis Imperantibus, CAROLO V. et PHILIPPO II, quamdiu Belgium totum manferit indivifum. Interim hisce Principibus anteriora nulla exftant nec placita, edicta, decreta, Typographorum et Bibliopolarum jura quod

attinet, nec vestigia quidem vel minima nostrae materiei. Quae igitur statum horum jurium, medio Saec. XVI. spectant, huc redeunt.

Si Bibliopola ad muneris sui exercitium admissus esset, (quod quomodo fieret, *Cap.* II. videndum), atque libros typis mandandi edendique *privilegium* impetrasset (96), omnes libros sibi ab auctoribus ad edendum oblatos edere poterat; coarctatione tamen non unâ accedente, uti etiam ex regiminis formâ PHILIPPI II, atque Monarchiae Hispanicae condi-

(96) Quod requirebatur decreto 18 Decembris anni 1544 Imperatoris CAROLI V, tunc temporis totius Belgii Domini; de quo decreto, universum Belgium spectante, suo loco *Cap.* II. videndum erit. — Perspicuum est, hoc *privilegium*, de quo nunc loquimur, non ejusdem esse naturae, ac illud, quod §. *praeced.* recensuimus. Privilegium, quod hujus loci est, Belgae Meridionales vocant *patent*. Hoc autem *patent* iterum toto coelo differt ab illo admittendi modo, qui Ao. 1805 in Belgio Septemtrionali introductus est, et de quo *Cap.* II. ad hunc annum videbimus. *Privilegii* hujusmodi formulam, qualis v. c. Gallice anno 1784 Bruxellis exiit, et quam ad me misit Typographus et Bibliopola Gandavensis, hic refero, ut de discrimine pateat: „Nous octroyons.... de grace spéciale par ces présentes, qu'il puisse et „pourra exercer les fonctions d'Imprimeur et de Libraire dans notre ville...., et y vendre et distribuer toutes sortes de livres „non suspects, ni reprouvés, sans pour ce méprendre aucunément vers nous, à la charge et conditions toutefois, qu'il n'imprimera rien sans notre permission et congé, et à moins, qu'il „ne sera préalablement visité et approuvé, par le Commis à la „censure des livres, et en outre qu'il se réglera ponctuellement „selon nos ordonnances et placcards faits et à faire au sujet de „l'Imprimerie et de la Librairie, et prêtera le serment dû et pertinent ès mains de notre Conseiller-d'Etat ...., que nous commettons à cela. Donné, etc."

ditione, a quibus preli libertas, tamquam civitati perniciofisfima arcebatur, augurari licet. Eas autem coarctationes ad *Caput fq.* rejicimus.

In hosce libros editos Bibliopolae nullum tamen habebant jus privum (deërat enim voci *privi-legii* omnis ftrictus fenfus; fignificabat admisfionem ad munus T. vel B.), nifi eo cafu, quo illud *fpeciali* privilegio fibi acquifiverant; hoc ultimo privilegio ad fixum et definitum temporis fpatium ipfis venia dabatur, librum quemdam typis mandandi edendique. Porro jus fibi quaefitum habebant ii, qui privilegio facti erant editores promulgationum, et decretorum a Summo Imperante vulgandorum, five qui editores Novellae cujusdam erant renunciati. Praeter hosce cafus nullam habebant proprietatis librorum notionem, nullum jus copiae in fingulos libros; quisque Bibliopola, qui vel invidiâ vel audaciâ fuâ duceretur, contrafaciebat libros quoscunque, ita ut nullo modo primus editor hoc ei interdicere posfet (97). Contrafacere autem quisque poterat, vel, fi nullo privilegio primus editor muniretur, ut diximus, vel fi elapfo privilegio intra trimestre primus Bibliopola iterationem petere neglexisfet, *argum. art*. 13 legis, quam die 19 Maji 1570

PRI-

(97) Verum contrafactio in Belgio Hifpanico etiam minus nocere poterat, quam in Belgio Foederato, quia campus libris in B. Foed. linguâ vernaculâ editis longe minus late patet, quam quem fibi habent (femperque habuerunt libri in Belgio Hifpanico prodeuntes, quorum maxima pars Gallice fcripta est. Linguam autem Gallicam callet fere tota Europa.

PHILIPPI II. jussu vulgavit Dux Albanus: *Dat geen printer* (drukker) *eenig boek zal mogen printen, daarom een ander privilegie verkregen zal hebben, binnen 3 maanden nadat de dag van het privilegie geëxpireerd zal zijn* (98).

Haecce jura ad A^{um}. usque 1572 omnibus Belgicis regionibus communia fuere; quae autem decreto modo citato diei 19 Maji 1570 toti Belgio praescripta sunt, in regionibus Septemtrionalibus non diu executioni data fuere, ob eam, quae biennio post incepit, felicem rerum conversionem. Quae igitur secuta sunt in Belgio Meridionali placita edictaque, ea abhinc unice ad illas regiones, quae Romano-Catholicam religionem profitebantur, se retulerunt, atque *Cap.* II. §. 3. occurrent.

Nullam interim mutationem subierunt ea, quae de privilegiis et licitâ contrafactione attigimus: fuit eadem semper ibi rerum conditio per Saec. XVI. reliquum, Saec. XVII. et XVIII. Cum autem anno 1713 pace Ultrajectinâ has regiones PHILIPPUS V. Hispaniarum Rex CAROLO VI, Imperatori Germaniae e domo Austriacâ cederet, idem mansit rerum

(98) Saepius ad hoc memorabile decretum redeundum erit. Invenitur Gallice in *Placcaeten en Ordonnantien van de Hertogen van Brabant*, T. I. p. 467—473. (ubi in decreti titulo vitiose legitur 1562 pro 1570; hoc etiam inde probetur, quod BRANDTIUS, caeteroquin accuratissimus in hisce decretis investigandis, in opere suo: *Historie der Reformatie*, T. I. ad annum 1562 horum nihil refert) item T. IV. p. 43—48. — Belgice in *Placaetboek van Vlaenderen*, T. II. p. 8—16. et BOR *Nederl. Oorlooghen*, I. *Stuk* p. 312, sq.

rum ſtatus ad annum usque 1794, quo Galli, qui regem ſuum interfecerant et regiminis formam integram mutaverant, nullo jure, niſi quod gladius victori praebet, regiones finitimas aggresſi, armorum vi Belgium Auſtriacum, quippe regionem maxime vicinam et minus defenſam occuparunt, et oppresſam retinuerunt.

Quid mirum est, quod ſtatim Belgio Auſtriaco Galli ſua jura darent non ſolum, ſed vel obtruderent. Illud enim praeter innumerabilia alia fuit nomen, quo Galli maxime diſtabant a Romanis, quorum Remp. tamen omni in re exemplum ſibi ſumſisſe praedicabant. Galli nimirum populis victis novas leges obtrudebant, dum Romani bene conſcii, quam exiguo juſtitiae colore populos liberos vicisſent, eorumque regiones in Provinciarum formam redegisſent, iis avitas ſuas leges plerumque relinquebant, probe intelligentes, ſua maxime interesſe, ne, inſtitutis novis, incognitis, a populorum moribus et indole abhorrentibus, incolas jam aegre ſubactos magis etiam exacerbarent (99).

Introductis igitur in Belgium Auſtriacum legibus Gallicis, obſtricti ſunt Belgae juribus penes Gallos tunc vigentibus. In Galliâ libri auctor antiquitus (id est, ante diem 4 Auguſti 1789, quo lege quadam abrogata ſunt privilegia nonnulla, quae dicuntur *privilèges féodaux et nobiliaires :* caetera privv. ſemper

(99) Eadem de legiſlatione Gallicâ anno 1810 et 1811 Hollandis obtruſâ dicenda ſunt.

per falva manferunt (100)) ibi, inquam, auctor habebat jus copiae, feu proprietatis et *privilegium*, quod dicebatur: ab auctore autem *vel* cedebatur Bibliopolae, qui opus edere vellet, *vel* retinebatur, fi ipfe (cf. fupra, *pag.* 11. *in fine.*) vellet edere. Pofteriore cafu privilegium aequare videbatur id, de quo diximus *notâ* 77, priore aequiparabat privil^um. *notae* 96. Quod aliquatenus lege, die 19 Julii 1793 a Reip. Gallicae rectoribus latâ mutatum, dum *art.* 1 et 2 de jure copiae ageretur; de quibus *artt.* opinionem noftram jam fupra *pag.* 10, et *fqq.* expofuimus. Sequuntur poft hos *artt.* quae huc faciunt: *Les officiers de paix feront tenus de faire confifquer à la requifition et au profit des auteurs — leurs héritiers ou cesfionnaires, tous les exemplaires des éditions imprimées — fans la permisfion formelle et par écrit des auteurs* (101). Sequitur poena in contrafactionem ftatuta, fatis acris: *Tout contrefacteur fera tenu de payer au véritable propriétaire une fomme équivalente au prix de* 3000 *exemplaires de l'édition originale* (102). *Tout débitant d'édition contrefaite, f'il n'est pas reconnu contrefacteur, fera tenu de payer au véritable propriétaire une fomme équivalente au prix de* 500 *exemplaires de l'édition originale* (103).

Hanc legem Anno 1794 cum Belgis Meridionalibus

(100) Cf. *Collection des Lois*, faepius citata: *Notes de l'Editeur*, *Sect.* I. p. 44.

(101) *Art.* 3. hujus legis, quae occurrit in *Collection* cit. p. 38, 40.

(102) *Art.* 4. (103) *Art.* 5.

bus communicarunt Galliae rectores: quae semper mansit juris ratio, donec a Concilio legibus ferundis vacanti (*le Corps Législatif*) die 17 Febr. 1810 decerneretur, a Napoleonte 27 ejusdem mensis die promulgaretur ea Codicis Poenalis pars, qua continentur *artt.*, quos *pag.* 58, *sq.* memoravimus, 425—429 de contrafactione, et quorum vis et efficacia in Belgium olim Austriacum secundum decretum diei 17 Decembris 1809 inde a 1°. die Januarii Ai. 1811, in Hollandiam autem demum inde a die 1°. Martii ejusdem Aⁱ. redundavit.

Hinc ad anni 1813 exitum utrumque Belgium, Gallorum more in regiones (*Départemens*) divisum, iisdem paruit legibus Gallicis, quae, post rerum conversionem in Belgio Septemtrionali exortam, in Meridionali perdurarunt, donec GUILIELMUS AURIACUS, mense Martio anni 1815 solenniter totius Belgii rex renunciaretur. Quum tamen in regionibus Belgicis Meridionalibus non legi diei 24 Januarii 1814 vis tribueretur atque auctoritas, incolae ibi adhucdum unicam sibi habent de re nostrâ legem diei 25 Januarii 1817, de qua supra, §is. *praecedd.*, mentionem injecimus.

Haec sunt, quae de jure proprietatis librorum, deque contrafactione quoad universum Belgium dicenda habuimus. Pergendum jam est ad alterum *Caput*, quo de Bibliopolarum juribus quoad editionem deditâ operâ agendum erit.

CAPUT II.

DE JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM IN BELGIO, QUOAD LIBRORUM EDITIONEM.

Ad totum hoc Caput se refert obfervatio, jura Typographorum et Bibliopolarum in ipfâ librorum editione fuisfe *negativa:* i. e. potuisfe eos omnia typis dare et edere, praeterquam ea fola, quae Summus Imperans prohiberet. Prohibuerunt autem, qui in Belgio ab initio Saeculi XVI ad noftra usque tempora rerum fumma tenuere, primum Duces, Comitesque harum regionum; deinceps in Belgio Foederato Ordines Generales, et Ordines fingularum Regionum, item Curia Hollandiae, ejusque praefes, quo munere fub regimine Gubernatorio ipfe Gubernator Auriacus functus est; prohibuerunt in Belgio Catholico Reges Hifpaniae atque Imperatores Germaniae e domo Auftriacâ, quique eorum vice rerum gubernaculo praeërant; tandem qui fub finem Saeculi praecedentis rem adminiftrare coeperunt, quaeque et posthac fecutae funt regiminis formae; prohibuerunt hi omnes varia variis modis, vel ut jam edita fupprimerent, Typographum et Bibliopolam mulctâ quadam

dam majori vel minori pro temporum ratione afficerent, vel iis muneris functionem per longius breviusve temporis ſpatium interdicerent; et quae hujus generis alia ſunt. At de ſingulis videamus.

Ne vero quis hic fruſtra quaerat, quae forte, nec ſine aliqua juſtâ cauſâ, hujus loci esſe putet, praemonere maluimus, nos quaeſtionem *de Libertate Preli*, quatenus bene conſtitutae civitati conducat, et quatenus pro variâ regiminis formâ forte reſtringi debeat, nec ne, misſam facturos, quippe quae tantae amplitudinis ſit, ut peculiari Disſertationi anſam praebere posſit facillimam (1). Hiſtorice tantum inveſtigabimus, quibusnam prohibitionibus prelum fuerit ſitve etiam nunc obnoxium, et quaenam, etſi rariora ſint, Typographis et Bibliopolis injuncta ſint ſpecialia officia. Monendum porro, nos fata Typographorum et Bibliopolarum conjunctim relaturos, quum et in actis publicis plerumque conjuncta referantur et brevitati ſic conſulamus, a repetitionibus abſtinentes inutilibus. — Quae librorum editionem in Belgio olim ſpectarint jura, non ita erunt tradenda, ut unamquamque regionem ſeorſim, verum ordine chronologico omnes

fi-

(1) Id etiam ratus est Vir Conſult. P. DE GYSELAAR, qui nuper die 10 Decembris anni 1818, ea de re hic Disſertationem defendit, cujus *Capite* VI. impr. *pag.* 129, ſqq. disquiſivit, an, quomodo et quare Preli Libertas coërceri debeat, quod ad libros, qui ad *Religionem*, *Mores*, *Artes ac Scientias* et *Artem Politicam* pertinent.

ſimul ſpectemus, prout variis temporibus jura hic illic exiere, edicta decretave promulgata fuere. Neque aliquis dicat, nos jam nimia de editione *Cap.* I praefatos fuisse: ea enim unice tradita fuere, utut ad juris copiae ſeu proprietatis hiſtoriam pertinentia, ubi de contrafactione editionis originariae, quae dicitur, mentio injicienda erat.

Quum hujus penſi magnitudo aliquam diviſionem facile admittat, imo necesſariam reddat, trademus

§. 1.

Jura in Belgio integro conſtituta ante abjuratum in Belgio Foederato Comitem PHILIPPUM II.

ſive

ab incunte Saec. XVI, *usque ad annum* 1581.

Nullum in Belgio univerſo, quantum ſciamus, exſtat veſtigium coërcitionis Preli vel in genere, vel prohibendis ſingulis operibus ante initium Saeculi XVI.

Regnabat tunc temporis adhuc per univerſam Europam (Rusſiâ ac Turciâ exceptis) Religio Romano-Catholica, cujus miniſtrorum agendi norma ſemper fuerat, libros, quorum doctrina non in omnibus conveniret hujus Religionis praeceptis, prohibere, metu ne hisce lectis laïci principiis imbuerentur ab avito cultu alienis, adeoque in perniciem ruerent: qui enim non eadem credit, quae Ec-

Ecclesia, damnas esto: sic effabantur. Hosce libros Ecclesia Romano-Catholica omnes dicebat *haereticos:* haec autem prohibitio boni quid, at vero non minus mali, imo pessimi quid continebat. Si libri reverâ praecepta continerent, omnibus bonae religionis principiis adversa, prohibitio erat optima; sin vero, postquam Eccl. Romanensis, *dominans* dicta, in ipsis medii aevi tenebris, et post eas dispersas, praeceptis pravis affluere coepisset, libris haereticis inesset aliquid, quo ea principia refutarentur, atque ad meliora ac puriora adduci possent laïci, quod ratione habitâ principiorum, quibus adhaerebat Ecclesia, facile obtinere poterat: hoc casu, perniciosissima laïcis erat prohibitio. Possemus ea de re plura monere, populo v. c. absque ullo dubio jus nón posse adimi judicandi de veritate vel falsitate praeceptorum suae religionis ex scriptis, quae hujus religionis adversarii ei objiciant; atque si ex mente Clericorum opponas populi inscitiam, illumque minime eum esse, qui de re tam gravi et doctâ judicium ferre queat: Ecclesiasticis insignioribus imputandum est, quod in tanto torpore et inertiâ populum jacere et remanere siverint. Religio, cujus praecepta ea sunt, ut doctores ejus primarii non audeant populo judicium concedere de ipsius religionis praeceptis, et de his quae contra religionem afferuntur, hac ipsâ coërcitione, ne plura dicamus, se minime commendat. At nimis a proposito aberramus. Itineris magnitudo nos a viretorum viae adjacentium obambulatione avocat, et ad ipsum scopum animum attendere jubet.

L 3 Post-

Poſtquam ſub finem Saec. XV magis magisque propagata esſet cognitio Typographiae, et initio Saeculi XVI primum in Germaniâ et Helvetiâ Reformationis Eccleſiaſticae lux esſet ſparſa, hujus utriusque rei ſequela necesſaria erat, ut multo magis et celerius, quam antea, incognitâ Typographiâ, fieri potuisſet, publici juris fierent libri ſummorum virorum, Reformatorum (a), atque ſcripta horum omnia ab Eccleſiâ Romanâ atro carbone notarentur, et haereticis annumerarentur. Cui diro propoſito interim licet calculum non adjicientes, tamen ii non ſumus, qui omnes omnino haereticos libros, quos Eccleſia damnavit, bonos appellare velimus. Minime: id unice hisce ſignificare maluimus, copiam praeceptorum bonorum, i. e. Chriſtianae Religioni convenientium, longe magis praevaluisſe principiis noxiis, atque etiam hoc reſpectu verum esſe, *abuſum non tollere uſum.*

Magnus horum Reformationis occaſione haereticorum librorum ſparſus numerus, primaria videtur cauſa, quare primum edictum contra ullos libros in Belgio evulgatum fuerit id, quod 8 die Maji 1521 (quadriennio poſtquam LUTHERUS, vir ſummus, Wittebergae publice ab Eccleſiae Romanenſis exercitio deſciverat), edidit CAROLUS V, Germaniae Imperator, Hiſpaniarum Rex, itemque Belgii tunc jam fere integri Gubernator, Princeps, Dominus. Hoc

(a) Huc faciunt quae habet BRANDT. *Hiſt. der Reform.* T. I. p. 37.

Hoc edicto fatis amplo, quod ad noftram rem, vetitum: 1°. ne edantur, emantur, vendantur libri LUTHERI, qui *haereticus* declaratur, et cujus opera igni traduntur; 2°. ne in genere edantur ulli libri, quibus Ecclefia, Pontifex Maximus, Principes, etc. laedantur: jam editi cremandi funt; 3°. ne ullus Bibliopola librum edat, Sacram Scripturam, ejusve interpretationem fpectantem, nifi veniâ a facerdote loci impetratâ (*oorlof van den Ordinaris der plaats*), juncto confenfu facultatis, quae dicitur, Theologicae Academiae proximae (3); gravisfimâ poenâ ftatutâ in delinquentes, quippe qui rei judicantur criminis laefae Majeftatis (4). Huic edicto minus pa-

(3) Academia Lovanienfis jam anno 1518 LUTHERI fcripta damnaverat, anno 1520 demum cremenda cenfuit; fecus ac ea, quae DE OYL., in *Disfert. cit.* pag. 46. ex WAGENAARII loco, mox citando, minus recte perfpecto tradidit, anno jam 1518 decretum combuftionis extitisfe. — Seriem librorum haereticorum damnatorum exhibet decretum Imp. CAROLI V, diei 22 Sept. 1540. Cf. *Eerften Placaet B. van Vlaanderen*, (T. I. totius operis) *edit. alterâ* 1639. pag. 122. fqq. Hujus etiam feriei memorat pluribus J. G. SCHELHORNIUS *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur*, T. II. pag. 385—400. — Ampliorem feriem librorum, quos facultas Theologica Lovanienfis die 9 Maji 1546 damnavit, habet idem Repertorium Placitorum Flandr. *ibid.* pag. 142—153. — Sequentem ejusdem facultatis diei 26 Martii 1550 habet *idem Opus*, *ibid.* pag. 170—185. — In Italiâ etiam circa idem tempus fimiles Indices prodiere; primus curâ JOANNIS DELLA CASA exiit anno 1549; cf. SCHELHORN, *l. c.* T. II. p. *c.* et p. 359; porro Index celeberrimus Pontificis Maximi PAULI IV, Ao. 1557 editus.

(4) Cf. *Eerften Plc. B. v. Vl. cit.* pag. 88—102. WAGENAAR *Vad. Hift.* T. IV. p. 425, fq. BRANDT. *l. l.* p. 68—76.

DE

paruerunt regiones quaedam Germaniae Septemtrionalis, v. c. Saxonia, quam quidem Belgium, ubi femina Reformationis rarisfime tantum fparfa erant, et ubi, nemine fere contradicente, promulgatio locum habuit. Verum enim vero Lutherana praecepta non ideo exftinguebantur, imo multo magis difpergebantur.

Forte et huc fpectabat edictum, die 5 Aprilis 1524 promulgatum, vetans libros typis mandari fine cenfurâ et approbatione eorum, qui hoc munere fungerentur (5).

Idem expresfe de libris haereticis cautum est decreto diei 25 Sept. 1525, addito, nihil edi posfe, nifi quod probasfet Confilium Status (*Raad van State*) (6).

Sequitur CAROLI V edictum diei 17 Julii 1526, prae-

DE GYS. *Disf. l. l.* quem faepius allegabimus, quippe qui *Cap.* III, IV, V, idem curfûs fpatium, ac nos hoc *Cap.* II, fibi propofuerat, quo tamen plura eaque accuratiora nos daturos, non fine aliquâ perfuafione confidimus. — Quam acriter hoc placitum executioni datum fit, patet ex iis, quae habet BRANDT. *l. l.* pag. 96, 106, 152, 482, 483. fcribens, Bibliopolas morte mulctatos esfe annis 1525, 1531, 1546, 1568, ob editos libros haereticos, vel qui cenfuram non fubierant; imo qui anno 1546 capite minutus est, unice annotationibus ad Sacram Scripturam ex alio exemplari eddiderat, *hominum falutem aeternam a folo Christo venire!* — Caeterum hoc edicto CAROLUS, princeps aftutus, gratiam captare vifus est LEONIS X, cujus auxilio ei in bello adverfus FRANCISCUM I, Galliae Regem, opus videbatur.

(5) BRANDT. *ibid.* p. 86. DE GYS. *ibid. l. l.*

(6) BRANDT. *ibid.* p. 96, fq. DE GYS. *ibid.* p. 46, fq. verbo WAG. IV. 428.

praeter ea, quae haerefin fpectant, Bibliopolis vetans, ne quid fine probatione Confilii Provinciae edant, *op poene van den verlies van ⅓ deel van zijn goed, en eeuwig bannisfement* (7).

Die 14 Oct. 1529 exiit Imperatoris placitum (8) contra haereticos, quo et priora repetebantur, et vetabatur fparfio librorum, qui intra decem annos proximos exierant fine auctoris aut Typographi nomine, et fine mentione temporis aut loci editionis; porro praeter omnium librorum infpectionem et approbationem etiam ad eorum editionem requiritur, ut pro quovis libro dederit Princeps *des lettres patentes d'Octroi* (9), mulctâ 5 florenorum.

Ejusdem tenoris funt quae deinceps CAROLI jusfu exierunt placita diei 7 Oct. 1531 (10) et 22

(7) Sic habet *Plc. B. v. Vl. cit.* pag. 103—106. Ex eo autem, quod edictum ibi non nifi Provinciae FLANDRIAE datum dicatur, non fluit, illud ad alias Provincias extenfum non esfe; in hoc enim Codice legum Flandricarum non adfunt nifi promulgationes, quae Principis nomine ad Praefidem et Socios Confilii *illius* Provinciae mittebantur. Cf. etiam BRANDT. *ibid.* p. 99, 100.

(8) Gallice, quod ad Flandriam continetur in libro *Plc. B. v. Vl. cit.* pag. 107—113. Belgice breviter apud BRANDT. *ibid.* p. 103. DE OYS. *ibid.* pag. 47.

(9) Nemo non agnufcit, privilegium illud (*Octroy*) non esfe cautionem de contrafactione, de qua in §. 2. *Cap. praeced.* diximus, verum merum confenfum Civilem vel Ecclefiafticum, cujus pluribus mentionem injecimus, in §. 3. ejusdem *Capitis.*

(10) Cf. BRANDT. *ibid.* p. 106. Si quis fine literis privilegii (*Octroy*) quid edidisfet, poenam adibat *van zonder uitftel gefchavotteerd, daarenboven met een gloeijend kruis gebrandmerkt, of*

22 Sept. 1540 (11), quorum hocce continet feriem librorum haereticorum vetitorum, de qua diximus *notâ* 3: quibus infuper accedit hoc novum, *dat Printers en Boekverkoopers den Officier der plaats of zijne gecommitteerden zullen moeten geven inventaris van hunne boeken, en overleveren zulke boeken als voorsz. Off. of gecomm. zullen willen visiteren en examineren, op poene dat Printer of Boekverkooper gehouden zal worden voor fufpect, en dat tegen hem zal geprocedeerd worden* (12).

Pergimus jam ad diem 17 (13) Decembris 1544, quo et repetuntur praecedentia, et plura quod ad hanc rem nova ftatuit Summus Imperans. Qui *fine privilegio* typis mandaverit, ubi repertum fit, librum

een oog uitgefteken, of de hand afgekapt te werden, ter befcheidenheid des regters, BRANDT, *l. c.* Item tunc vetitum: *geene boeken van de H. Schrift te translateren in Duitsch, of Walsch, zonder confent, ook niet inte brengen, noch te printen zonder confent.* Cf. A. ANSELMI, *Codex Belgicus, of de Nederlandfche Regten, getrokken uit de 4 Placaatboeken tot Gendt en Antwerpen* (l. c. Repertoria Flandriaca citt.) (in quo opere ANS. omnia, de quibus ad medium usque Saec. XVII edicta exiere in Brabantiâ et Flandriâ, in titulos digeffit). *Tit.* over *Boeken, etc.* §. 5. — Gallice quod ad FLANDRIAM hoc placitum est in *Plc. B. v. Vl. cit. ibid.* p. 113—117. Mentionem etiam injicit WAG. *Vad. Hift.* V. 25.

(11) Cf. BRANDT, *ibid.* p. 141, fq. — Quoad FLANDRIAM *Plc. B. v. Vl. cit. ibid.* p. 122—129. Illud neceffarium ducebat CAROLUS poft turbas Gandavenfes, eodem anno pacatas.

(12) Cf. etiam ANSELMUS *l. l. ibid.* §. 7.

(13) Bruxellis emanavit die 17, Gandavi die 18 hujus menfis; hinc discrimen inter BRANDTIUM et Codicem Flandricum hac in re.

brum erroribus refertum esse, incurrit in poenam mortis ex edicto anni 1540; ubi vero postea probatus sit liber, incurrit delinquens in poenam deportationis perpetuae, et in mulctam *f* 300. Vetatur item, *dat niemand prente of doe prenten in 't Spaansch, Engelsch of Italiaansch, of andere taal, die men hier te lande gemeenlijk niet verstaat. Dat alle Prenters in 't begin der boeken het voorsz. privilegie zullen stellen. — Dat niemand zal mogen verkoopen of in zijn winkel hebben boeken, waarin het privil. niet staat, op verbeurte van* 50 *Carolus Guldens* (id est florenorum soliti valoris), ⅓ *voor ons* (fisco publico), ⅓ *voor den aanbrenger, en* ⅓ *voor den Officier, die de executie doen zal. — Dat geen Pr. of Boekverk. zal mogen verkoopen of meer dan* 3 *dagen in zijn winkel houden eenig boek buiten onze Provincie* (14) *geprent, zonder inventaris te geven, op poene van f* 50. — *Dat de principaal Officier der plaats 's jaarlijks* 2 *malen zal omgaan,* 8 *dagen voor Kersmis, en* 8 *dagen voor St. Jans Misse* (15), *om alle boekwinkels te visiteren, en alle boe-*

(14) Sic legitur in Placito, quod habet Codex legum *Flandricarum.*

(15) Hic CHRISTI diem natalem, qui dies 25 Decembris est, antepositam videntes diei Sti. JOHANNIS, qui est 24 mensis Junii, agnoscere putamus vestigium computationis, quam Ecclesiastici olim sequebantur, annum incipiendi a Christi natalibus, dum Seculares annum a festo Paschatis inciperent, stilo Curiae utentes. — Quod si autem objiciatur ipsum illud decretum, utut Imperatoris, igitur potentiae secularis, respondemus, visitationem ipsam esse rem

boeken bij inventaris te nemen, en de suspecte te visiteren: zoo boeken met eenige ketterij gevonden worden, zal hij tegen Pr. en Boekv. procederen, verbeurende de Officier bij negligentie zijn post. — *Dat de Officiers boven die 2 reizen de winkels nog mogen visiteren, altijd als het hun goeddunken zal: die weigert de visitatie te ondergaan, zal verbeuren f 100, en niettemin de onderzoeking moeten toelaten* (16). Vidimus sic, occasione librorum haereticorum, jura Bibliopolarum et Typographorum sensim sensimque arctius circumscribi.

Non ita diu post, die ultimo Junii 1546, CAROLUS Imperator novum edidit decretum, querens de introductis libris noxiis bonum titulum gerentibus, atque de corruptis a nonnullis Typographis Bibliis, mutatis quibusdam S. S. periodis etc.; quapropter edicta praecedentia iterantur et corroborantur, hisce adjunctis: *Dat niemand zal mogen prenten, koopen of verkoopen eenig boek door de Theol. faculteit van Leuven gereprobeerd, noch ook een boek van eenigen ketter, al ware het anders geenszins aangaande de*

rem Ecclesiasticam, de libris haereticis, at praesidio facultatis Theol. Academiae perficiendam, jussu Episcopi, qui visitatores aeque ac Princeps eligere poterat. Cf. *nota sq. in fine.*

(16) BRANDT. *ibid.* p. 146, *sq.*; quod ad Flandriam, *Plc: B. v. Vl. etc. ibid.* p. 129—131. — *Placc. en Ordonn. der Hert. v. Brabant, Antw.* 1648. T. I. pag. 465 — 467. ANSELMUS, *l. l.* §§. 25, 27, 43, 44. DE GYS. p. 47, *sq.*; verbo etiam WAG. *V. H.* T. V. p. 278. Eligendi erant visitatores, qui dicebantur, ab Episcopo et Principe. ANSELMUS, *l. c.* §. 23.

de H. S. — Dat niemand zich vervordere in deze landen te prenten eenige boeken, enz., ten zij hij eerst van onzent wege geadmitteerd ware, en daarvan onze opene brieven verkregen had. — Dat die brieven niet zullen gegeven worden, dan na dat die prenters zullen hebben doen blijken hunne conditie, bekwaamheid en goeden naam. — Dat zij, vóór zij gebruik maken van dit privilegie, een eed moeten doen in handen der Officieren (17), *om te onderhouden het volgende:* „ niet te prenten zonder vi- „ fitatie (18) en Octrooy, nergens dan, waar het „ hen toegeftaan is bij het Octrooy; het Octrooy „ vooraan in 't boek te drukken, en van 't gedruk- „ te boek een exemplaar in den geheimen Raad te „ brengen;" *op poene van het verliezen van het effect dier Octrooibrieven en op verbeurte van den lijve.* Porro, *dat die van onzen Rade niemand admitteren zullen, ten zij hij woone in eene beflotene ftad. Dat alle Boekverkoopers openbaar in hunne winkels hangen moeten den inventaris van alle bij dezen verbodene boeken, ten einde geene onwetendheid voortewenden; en den inventaris van alle boeken in hun winkel, beide op poene van f* 100. — *En zullen ook geene Kramers of anderen, hoedanig die zijn, dan de voorfchr. geadmitteerde Boekverkoopers in*

(17) *De Bisfchop, Officier of anderen, die bij onze octrooijbrieven hen verleent:* dicitur *art.* 24. decreti 19 Maji 1570; cfr. hoc decr., locis *notâ* 98. *Capitis* I. citatis.

(18) Igitur etiam jurant, fe libros vetitos nullos edituros.

in hunne huizen of op openbare plaatſen mogen verkoopen, op poene van f 50 (19). Sequitur jam Catalogus librorum, quos reprobavit Facult. Theol. Lovan., de quo *notâ* 3 diximus: haec ſeries ſaepius repetita et ſuppleta est in terris Catholicis, imo tales agnoſcimus Indices librorum prohibitorum, quos Inquiſitionis praefectus primarius (*Groot-Inquiſiteur*), Pontifice Romano ſupremo cenſore, quovis anno, v. c. in Hiſpaniâ adhucdum edit, de quo verbo infra dicemus. Inquiſitores Hiſpani non ſolum id egerunt, ut libros haereticos vetarent (primus prohibitionis ſcopus), ſed etiam ut e libris antea ab aliis non prohibitis ſententias ſibi ſuſpectas delerent, illosque mutilarent.

Anno 1550 alia prodierunt CAROLI de eadem re placita, quibus haereticorum conatus in dies increſcentes Inquiſitionis (20) ope reprimere ſtudebat, atque de Bibliopolis complura ex decretis annorum 1540, 1544 et 1546 repetiit. In decreto diei 29 Aprilis hujus anni 1550 praeterea additum: *Dat de Meeſters en principale Prenters verantwoorden zullen voor hunne medgezellen en dienaars. — Dat ze boeken, buiten onzen Lande geprent, niet mogen verkoopen, zonder de viſitateurs daarvan te hebben verwit-*

(19) Breviter BRANDT. ibid. *p.* 151. DE GYS. *p.* 48. qui hoc decretum errore ad annum praecedentem rejicit. Quod ad FLANDRIAM *Plc. B. van Vl. ibid.* p. 134 — 141. ANSELMUS *l. l.* §. 9.

(20) Quae horrenda vox nunc primum occurrit.

vittigd (21), *eer zij hunne balen ontpakken.* — *Dat geene Kramers geadmitteerd worden, op verbeurte hunner boeken en arbitraire correctie* (22). Ejusdem anni die 26 Martii exierat Catalogus novus Academiae Lovanienſis, de quo diximus *notâ* 3.

Etſi Religionem Reformatam nondum aperte profiterentur Belgae, tamen dubitamus, utrum decretum menſis Aprilis, ſeveriſſima quaevis in Proteſtantes ſtatuens, ubivis executioni datum ſit, cum quae de Inquiſitione ei inerant, Antverpienſibus imprimis mercatoribus, in quibus peregrini multi Proteſtantium ſacris addicti, adeo viderentur infeſtiſſima, ut a Belgii Gubernatrice, MARIA AUSTRIACA, CAROLI ſorore peterent mitigationem; exiit igitur die 25 Sept. ejusdem anni CAROLI nomine novum idque mitius placitum quod ad haereſin, in quo tamen quod ad rem Typographicam et Librariam mera obtinebat praecedentium edictorum repetitio (23).

Hic fuit ſtatus Preli ſub CAROLO V. Imperatore: coarctatum erat prelum ſine dubio, ita ut ne in

(21) *Die* (ex *art.* 28. decr. 19 Maji 1570. Cf. *notâ* 17) *aldaar moeten tegenwoordig zijn met een prenter of Boekverkooper; en zoo er ſuſpecte onder zijn, zal de Boekverk. die niet te koop ſtellen, maar behouden, tot er een exemplaar van gezien is door den Commiſſaris.* ANSELM. *l. l.* §. 30.

(22) Verbo quod ad Inquiſitionem BRANDT. *ibid.* p. 158. Porro *Pic. v. Vl. ibid.* p. 157 — 170.

(23) Quod ad Inquiſitionem BRANDT. *ibid.* 161. *Pic. B. v. Vl. ibid.* p. 186 — 200. De utroque placito WAG. *V. H.* T. V. p. 345 — 350.

in ipſâ quidem officinâ liberi esſent Typographi et Bibliopolae; ubi vero reſpiciamus ſtimulum, qui cuivis decreto originem daret, *ardorem religionis*, etſi nimis late tendentem, non temperatum, aliquatenus excuſare posſumus, qui tamen ſemel ad exitioſa duxit. (cf. *notâ* 10.)

CAROLO anno 1555 in Belgio ſuccesſit filius PHILIPPUS II, cujus tyrannis nulli Belgae fugit. Quam primum rerum potitus esſet, patris decretum 25 Septembris 1550 renovavit (23*). Hujus ſequens de re noſtrâ edictum ANSELMUS refert (24) exiisſe die 19 Maji 1562, quod tamen ex vitio Typographico in *Placc. v. Brab. T.* I. *p.* 467. obvio, fluxisſe, atque ad eundem diem anni 1570 referendum esſe, veroſimile videri, jam indicavimus *notâ* 98 *Cap. praeced.*

Aliud acre in haereticos decretum exiit quoad ipſam Hollandiam die 29 Martii 1563, quo de viſitatione officinarum Bibliopolarum et de vetandis, qui *Kramers* dicuntur, praecedentia repetiit Rex (24*).

Posſemus igitur ad ipſum illud ſatis notum anni 1570 decretum transire, niſi hic in memoriam revocandum esſet, propoſitum nobis esſe, etiam edicta localia, quae dicuntur, praecipuarum Belgii urbium tradendi. Venit igitur nunc Cora, ſive Ordinatio, quae die 24 Januarii 1565 Amſtelodami contra famoſos libellos exiit, quaque vetant *mijne Heeren van den Gerechte: eenige liedekens te ſchrijven of te*

(23*) Cf. BRANDT. *ibid.* p. 192.
(24) *Libro saepius citato, l. l.* §. 4, 21, *ſqq.*
(24*) Cf. BRANDT. *ibid.* p. 256, *ſq.*

te prenten, daar in de Justitie of eenige fingulierepersfonen, Poorters, of Poorterfen, of inwoners dezer ftad (25), *'t zij geestelijke of wareldlijke, genoemd, — of eenigzins geladeerd worden: op pene van openbaar gegeesfeld, of anders aan hun lijf en goederen geftraft te worden ten exempel.* Quae quum vilipenderentur, die 12 Julii ejusdem anni cora novata est contra *fameufe liedekens, refereynen, balladen of andere gefchriften:* poena autem fingulari modo aggravata: *op pene van een jaar lang uit deze ftad en hare vrijheid, en eene mijl rondsom daarbuiten gebannen te worden, op pene te weten, de mannen van gegeesfeld, en de vrouwen van een uur lang op de kaak gefteld te worden; of het zelve bannisfement te mogen redimeren met de fom van f* 24, *waarvan* ⅓ *tot behoef van den heere* (forte *den calangerenden Officier*) ⅓ *tot behoef dezer ftede, en* ⅓ *tot profijt van den aanbrenger* (26). Unde intelligimus, quantum fuerit pecuniae pretium, quamque parva ejus copia hisce temporibus: patet et hinc progresfus ad poenas pecuniarias, quas reliquis poenis hic praeferre poterant delinquentes, quasque deinceps in immenfum auctas videbimus. Cae-

(25) Unde patet, alios esfe *Poorters*, alios *inwoners*; *poorters* nempe funt, qui jus civitatis adepti funt.

(26) Exftat utraque Cora in *Handvesten der Stad Amftelredam*, 1748. p. 570. — Ad famofos libellos faepius Saecc. fqq. redeundum erit, quippe qui non raro Remp. Belgii Foederati infestarunt: verisfime de iis dixit fub finem Saec. XVIII Belga quidam: „De „Paskwil-fchrijvers zijn bijkans zoo nadeelig voor de waarheid, „als de ftremming van den vrijen loop der drukpers zelve is."

Caeterum dubio carere videtur, quin hisce placitis ſpectarentur libelli, quibus Inquiſitio et dominatio Hiſpanica laedebantur; urbs enim Amſtelodamenſis non niſi 13 annis poſtea publice ad Reformatam Religionem transiit.

Magis magisque tempora turbulentiora reddebantur. Poſtquam innumeri libelli famoſi in Belgio, imprimis Bruxellis et Antwerpiae exierant contra Inquiſitionem, quam merito deteſtabantur Belgae (27), exiit Regis nomine die 1 Maji 1566 edictum contra eos, qui ſcribant, edant, ſpargant famoſos libellos contra Religionem et jura regia, poenâ patibuli et confiſcationis bonorum (28). Quae hoc A°. non diu poſt, moderationi ſtudens Gubernatrix conamina tentavit, ſucceſſu caruerunt. — Sic nil profecit Summus Imperans; dumque, miſſo Albano, biennio poſt eadem vulgaretur libellorum copia contra in dies minus dilectam (etiam ob necatos Comites Egmondanum Hornanumque) Albani gubernationem, vulgavit hicce die 11 Novembris 1568 amplum placitum, vetans horum libellorum editionem poenis, quae placita CAROLI V. ſtatuere, editos autem igni dicans, et praemio promiſſo ei, qui auctorem vel Typographum indicaturus ſit (29).

Jam

(27) De quibus cf. BOR *Nederl. Historien*, I. ſtuk. paſſim, impr. p. 48.

(28) *Tweede Plac. B. v. Vlaend.* (T. II. totius operis) p. 28, ZYPAEI *Notitia Juris Belgici*, L. IX. p. 293.

(29) Cf. BOR. *l. l. ibid.* p. 251 — 253. DE GYS. *l. l.* p. 48. qui et placitum anni 1566 ibidem citat ex BORRII *l. l.* p. 43. quod ta-

Jam vero transimus ad annum 1570: die 19 Maji Dux Albanus, magis etiam prelum coërcere volens, decretum Regis nomine 36 articulis edidit, cujus capita partim ex Carolinis inftirutis erant defumta, partim nova quaedam continebant, commemoratione digna, quae jam in ipfo decreti initio fic audiunt: *Alzoo in eene zoo principale konst als de Printerij is — ook een getrouw perfoon van dezelfde konst behoort te zijn, — die bijzonder toezigt hebbe over de anderen: zoo ordonneren wij, dat door onze auctoriteit en commisfiebrieven aangefteld worde een Prototypographus of Hoofdprinter, om Meesters en werkluiden der Printerij te examineren en te approberen, en brieven van bekwaamheid te geven, op welke naderhand aan ons brieven van approbatie moeten verzocht worden* (30). *Zij die tot Meesters zullen willen ontvangen worden, zullen overleveren certificatie van Bisfchop, Vicarisfen of Inquifiteur van hun Bisdom, hoe zij zich gedragen hebben in het ftuk van den Godsdienft* (31), *mitsgaders van de Wethouders hunner woon-*

tamen ibi non reperitur, ferie tantummodo a BORRIO exhibitâ libellorum anno 1566 in Belgio vulgatorum.

(30) Cf. *art.* 1. hujus decreti, quod invenitur tribus locis fupra, *not.* 98. *Cap.* I., citatis. Item BOR. *ibid. l. l.* p. 313 – 315. Verbo WAG. *V. H.* V. 313. *fq.* BRANDT. *ibid. l. l.* p. 512. HOOFT *Nederl. Hist.* pag. 211, *fq.* ANSELMUS. *l. l.* §§. 4, 21, 22, 30, 35, 38 – 40, 45 – 53, 55 – 57. DE GYS. *l. l.* p. 48 – 50, qui tamen fingulari errore HOOFTII et BRANDTII verba de diverfis intellexit placitis.

(31) Id est quod in decretis Belgii Hifpanici annorum 1586 et 1616 dicitur *profesfie te doen van Religie.*

woonstede, van hun goede naam en faam. En tot examinatie dier personen zal de voorsz. Hoofdprinter mogen kiezen een of twee der meest geapprobeerden in het ambacht met een Notaris (32). *Dezelfde certificatie zullen de werklieden en medgezellen van voorsz. Kunst inleveren, en binnen* 3 *dagen na hunne komst door den Hoofdprinter moeten geëxamineerd worden, op poene dat hij voor den resterenden tijd dat zij langer opgehouden worden, hun kost en schade betalen zal* (33). *Dat geen Printer in zijn huis zal mogen nemen eenige leerkinderen of knechts, zonder het den Hoofdprinter eerst te laten weten* (34). *Dat geen werkman zal mogen werken of eenigen daghuur winnen van Meesterprinters zonder eerst te hebben oorlof van hem, die hem zijne konst geleerd zal hebben, of van den Hoofdprinter, als ook de examinatie en brief, waarbij hij geapprobeerd is bij voorsz. Hoofdprinter. Wie in zijne printerij zoo een werkman houdt, verbeurt eene boete ter arbitrage des Hoofdprinters*(35). *De commissarissen gedeputeerd tot examinatie en approbatie der Printeryen zullen examineren de bekwaamheid van de Correcteurs of lezers dier Printers* (36). *De Hoofdprinter zal voor examinatie der Meesters en hunne medgezellen zulk regt (loon) hebben, als hem daarvoor getaxeerd wordt: maar niets voor dat der werkluiden, behalve 't geen de Notaris voor 't geschrift heeft* (37). *De Hoofdprinter zal een regi-*

(32) *Art.* 2 hujus legis. (33) *Art.* 3.
(34) *Art.* 4. (35) *Art.* 5. (36) *Art.* 6.
(37) *Art.* 7.

gister houden der namen, geboorteplaats, woonstede en qualiteit dier geexamineerde Meesters (38). *Waarin ook genoteerd zullen worden de boeken, die elk printer drukt, met dag en jaar van begin en eind des druks. Niemand zal mogen beginnen te prenten zonder den Hoofdprinter getoond te hebben het privilegie om dit te doen, en in 't bijzonder, de approbatie, welke voorsz. privilegie zal moeten voorgaan* (39). *De Printer zal den voorsz. Hoofdprinter overgeven het eerste en laatste blad van het boek, dat hij zal willen printen* (40). *Elke werkplaats van de Printery zal den naam van één perfoon alleen, daar toe geadmitteerd, dragen, die ook voor alles verantwoorden zal* (41). *De examinateurs van boeken, zoo wel der van buiten ingebragte, als der hier geëxhibeerden om in deze landen geprent te worden, zullen voorsz. Hoofdprinter de weet doen van het geëxamineerde boek, of het geapprobeerd is, of niet* (42). *Geen Printer zal eenig boek mogen printen, waarom een ander privilegie verkregen heeft, binnen 3 maanden na den dag van expiratie van 't privil., opdat van hetzelve boek (zulks geeischt wezende) nieuwe printing gemaakt zoude worden, of andere en betere dan de eerste, ter approbatie des Hoofdprinters op verbeurte van voorsz. boeken, voor die contrarie doen zoude* (43). *Dat de werkman, uitgaan-*

(38) *Art.* 8. (39) *Art.* 9. (40) *Art.* 10.
(41) *Art.* 11. (42) *Art.* 12.
(43) *Art.* 13. Hunc articulum jam supra *pag.* 78. allegavimus, ubi de privilegiis sermo erat.

gaande van zijne gewone werkplaats, zijne absentie den Hoofdprinter zal laten weten — en zal in geene (andere) *Printery mogen werken, tot hij den Hoofdprinter zal gepresenteerd zijn* (44). *Niemand mag eenig boek in het geheel of een deel drukken zonder te onderhouden, alle punten voorschreven, en elk van dien in 't bijzonder — op poene van boete en arbitrale correctie, boven verbeurte en confiscatie der boeken* (45). *Welke poene zal wezen,* $\frac{1}{3}$ *t' onzen profijt,* $\frac{1}{3}$ *voor den aanbrenger, en* $\frac{1}{3}$ *voor den executerenden Officier* (46). *De examinatie en approbatie van het te drukken boek zal gedaan worden bij den Bisschop — en bij den Inquisiteur* (47). — *Betreffende de nieuwlings gemaakte boeken zal gesteld worden zeker salaris voor de moeite en arbeid dier Commissarissen, naar mate van den tijd dien zij tot examinatie en approbatie vaceren zullen, te betalen door den Printer 't zij het boek geapprobeerd worde of niet* (48). *Niet alleen voorsz. Commissarissen, maar ook de Hoofdprinter zal, als 't hem goeddunkt, visitatie mogen doen* (49). *Daarenboven zal zulks geschieden bij de Officiers der plaats, 2 reizen 's jaars, en telkens, als hen zal goeddunken* (50). Haec ad Typographos pertinent. Sequuntur jam quaedam Bibliopolis injuncta. *Om te beter te voorzien*

(44) *Art.* 14. (45) *Art.* 15. (46) *Art.* 16.
(47) *Art.* 17. (48) *Art.* 18. (49) *Art.* 21, 22.
(50) *Art.* 23. Quod igitur non abolitum est, licet constituto Prototypographo et *commissariis*, etiam visitantibus.

zien op de abuizen die begaan worden in het verkoopen der boeken, willen wij dat alle Boekverkoopers, 't zij Printers of andere, alvoren bij ons geadmitteerd, insgelijks eed zullen doen in handen van de Raden dezer Landen, dat ze geene boeken brengen of voeren zullen van buiten in ONZE *voorsz.* LANDEN VAN HERWAARTS OVER (51), *noch ook aldaar verkoopen, koopen, of aanvaarden, ten zij eerst gevisiteerd en goedgekeurd door de Commisfarisfen: noch ook verkoopen eenige Bijbels in gemeene taal, noch andere boeken in dezelve talen over geloofsonderwerpen, dan de genen, die schriftelijk verlof zullen hebben ze te houden naar den regel van het H. Concilie van Trente* (52). *Dat niemand invoere in onze Landen eenige boeken buiten dezelve geprent, zonder ze geëxhibeerd te heb-*

(51) Sic Reges Hifpaniarum femper Belgium vocabant. CAROLUS V. decreto Anni 1521 dixerat: *onze Landen van onzen huize van Bourgondien.* Phrafis *onze Landen van h. o.*, *nos terres de deça*, fatis fingularis eft; non inde fluit, esfe etiam refpectu Regis Hifp. *Landen van derwaarts over*; verum fic explicanda videtur: femper adhibebatur de terris, quae per mare, fluvium, vel montes ab aliâ terrâ feparatae jacebant: jam vero non conjunctim accipienda funt vocabula: *van herwaarts over*, fed *over*, tamquam adjectivum, jungi debet voci *landen*, et *herwaarts* adverbialiter fumendum, ut fit: *onze, van herwaarts over gelegene landen*, *onze overlanden van herwaarts*, trans Pyrenaeos fitae terrae; avitum patrimonium; quod PHILIPPI II. majores diutius quam Hifpaniam posfederant, igitur et majori curâ atque benevolentiâ regere debuerant, qua in re quanta in PHILIPPO defiderarentur, neminem fugit.

(52) *Art.* 27.

hebben aan den Commisfaris om te visiteren (53). *Dat de Boekverkoopers, of vreemde kooplieden, eenige boeken koopende van Librariers te Antwerpen om die te Leuven of elders in onze voorsz. landen, te voeren of te zenden, een rol en inventaris dier boeken zullen moeten maken, door den verkooper onderteekend, inhoudende certificatie, die boeken verkocht te hebben, en dat ze te Antwerpen gevisiteerd zijn geweest* (54). Haec lex, do-

(53) *Art.* 29.

(54) *Art.* 30. *Artt. seqq.* agunt de re scholastica, quam saepius cum re Libraria conjunxerunt legislatores nostrates. — Quod ad hanc visitationem Antverpiensem haec faciunt: ALBANUS ibi *Conventum* theologorum coëgit, qui observationes a singulis examinatoribus transmissas iterum examinarent, et inde *Indicem expurgatorium* conficerent, in quo loca notata sunt, quae in libris examinatis essent delenda. Hic Index sumtu Regis Anno 1571, cum praefatione a MONTANO scriptâ, typis expressus est, Antverpiae a CHRISTOPHORO PLANTINO, Typographo celeberrimo, primo Regis Prototypographo, quem, uti et generum FRANC. RAPHALINGIUM inter majores meos referre posse, magno mihi duco honori. Caeterum de hoc Conventu etc. plura habet ARANDT *l. l. ibid.* pag. 522. sq. ubi et refertur piscitum Regis, diei 31 Julii 1571, praecedentia de visitatione corroborans et Indicem expurgatorium suo jusso exire declarans, quem etiam commemorat J. A. BÜCHERUS, in *Diss. supra laud.* p. 44. Index hicce tunc visitatoribus traditus est, non tamen publice venundatus. Postquam autem FRANCISCUS JUNIUS, Professor Heidelbergensis exemplari potitus esset, hoc recudi et ubivis spargi curavit; hoc demum pacto innotuit, Ao. 1585, formâ 12. pagg. 287 constans, quarum pag. 225 et sqq. usque ad finem continent expurgationem operum ERASMI. — Quam toties autem hos Indices judicaverint ipsi Catholici, docet idem BÜCHERUS, BAILLETI verba citans, *Jugement des*

domûs Austriaco-Hispanicae, Religionis Romanensis tenacissimae principiis stricte conveniens et mire adaptata, auctorem habere dicebatur JOANNEM DE VARGAS, virum notissimum, quem et ipsi scriptores, Hispanicis faventes, in quibus VIGLIUS, atro carbone notant, et inauditae crudelitatis accusant (55). Ope et auxilio celebris ARIAE MONTANI usus fuerat VARGAS. Decretum interim scopo suo, libris et dogmatibus haereticis vetandis, optime prospiciebat. Audiamus vel HOOFTIUM ipsum, supra, *notâ* 22, citatum, Historicorum nostrorum e primariis: „ Op één ding lette „ de Landvooghdt, 't welk betreffende den Staat „ ten hoogste, nooit van de Oppermagliten der „ schranderste volken genoegh ter harte genoomen „ is: daar 't nochtans in 't diepste van 't Noorde, „ bij den Grootvorst van Moscovie, terwijl hij zich „ misschien aan onze ellenden spieghelt, wel betracht wordt; gemerkt hij 't zelve als van geen „ minder belang, dan 't stuk der munte, in 't ge„ woudt (geweld) des Landsheeren gehouden heeft. „ Dit 's de konste der letterzetting en drukkerije; „ de-

des Savans. T. II. part. 1. pag. 46. dicentis: „ Je ne sais, comment „ il est arrivé jusqu'ici, que ces sortes d'Indices ayent apporté si „ peu d'utilité et de secours à ceux, qui en ont voulu faire quelque „ usage, quoiqu'il n'y ait pas de composition plus pénible et qui „ demande tant de jugement et de lumieres." Sed quale judicium hoc esset, expertus est GROTIUS, postquam opus suum immortale, *de Jure Belli ac Pacis* Romae damnatum vidisset.

(55) Cf. WAG. *V. H.* VI. 252.

„ dewelke (oft schoon de Hoogduytschen zich dien
„ lof toeschrijven) gevonden, in der daadt tot Haar-
„ lem in Hollandt, onze weereldt met weetenschap
„ en eenen oovervloedighen, oest van boeken ver-
„ vult heeft. Maar, gelijk d' allerbeste zaaken 't
„ bijsterste misbruik onderworpen zijn, zoo kan niet
„ gelooghent worden, dat deeze, bij mangel van
„ behoorlijke orde, mits het zaaijen van allerley
„ schriften, magtigh om een' gemeente t' ontrusten
„ en op te ruijen, der regeering' immers zoo zeer
„ te vreezen staat, als de Reedenaers van den aal-
„ ouden tijdt, oft de Klokken in Turkije. Dies
„ quamp er een Plakkaat te voorschijn, dat het heele
„ bewint der printerije aan de opzight van eenen
„ gemaghtigde beval; met verplichting al der gee-
„ nen, die zich hiermeê geneerden, onder eedt en
„ zwaare peenen, van niets te verhandelen, oft uit
„ te geeven, eer dan het voor goedt en den Room-
„ schen geloove onhinderlijk, gekeurt waar. Veele
„ verhoedenissen hield' het in, om d' oovertreeding
„ te weeren." Hucusque medio Saeculo XVII scripsit egregius auctor. Nobis vero, Belgis Saeculi XIX, ubi ad sectam novam irrepentem arcendam nullae adhibendae sunt cautiones, ubi conditio Europae ubivis fere ad majorem populi libertatem vergit, nobis, qui libertati preli satis magnae tamdiu assueti sumus, qui toties vidimus, quo magis libri prohibeantur, eo magis eos legi, nobis hae Preli et rei Librariae restrictiones durae videntur; fuit tamen hoc decretum inter meliora, quae Albanus condi-

didit. Si Albanum fpectemus, utut Religioni Romano-Catholicae valde addictum, fimulque belli ducem verfatisfimum, qui quae fibi perverfa videbantur, ftatim ex fuâ opinione mutabat, et nulli aufcultabatur prudentiori confilio, denique utut Hifpanum, id est pertinaeem hominem, qui quae vellet, per fas et nefas effieeret: fi id animo volvamus, ita eum egisfe minime miramur. Attamen de in dies auctis et extenfis Proteftantium Sacris certior factus, ea mitiori modo forte exftinguere, faltem ejus progresfus retardare potuisfet. Horum nihil. E contrario animos haereticorum magis exaeerbavit, neque tamen finem fibi propofitum asfecutus est. Nam, ne diu quaeramus, rei fequelae mox apparebant.

Utrum placitum diei 19 Maji 1570, in fe fpectatum non multum feveri continens, in Belgii Provineiis Septemtrionalibus propter ingentem Proteftantium copiam promulgatum fuerit, adeoque vim juris acceperit, nec ne, certo affirmare non audemus. Quodfi tamen agnitum fuerit (id quod videtur verofimilius), auctum inde est fine dubio odium in Hifpanos, non tam ob ipfam feveritatem inftituti Prototypographi, non adeo infesti Belgis, quorum jugum fenfim fenfimque aggravatum erat, quam quidem, quoniam coërcitio haerefi ortum fuum debebat, et Hifpani, haereticorum acerrimi inimici, eam imponebant.

At vero aecedimus ad Provinciarum a fe invieem dilacerationem, quae Biennio poft obtinuit. Quum ftatus belli Regem Hifpaniarum inter et Provincias quasdam Belgii Septemtrionales, quarum tres GUIL-

LIELMUM ARAUSIACUM, Regis Vicarium habebant, anno 1572 obtinere coepisset, leges Hispanicae odiosae abrogatae, et omni vi destitutae sunt a Provinciarum Ordinibus. Ex rei etiam naturâ profluit, decreta de examinandis libris, deque prohibendis, qui reperirentur, haereticis, obtinere non amplius potuisse, imo examinatores statim fuisse exauctoratos, et abrogatos, quum major Provinciarum PHILIPPO II se opponentium numerus Religionem Protestantem amplexus esset, atque publice profiteretur. Ita quod ad *factum* eessabat legum Hispanicarum vis in Belgii Provinciis Septemtrionalibus; quod autem ad *jus*, non nisi postquam die 26 Julii 1581 PHILIPPUS solenniter Comes exauctoratus esset ab Ordinibus Belgii Foederati Generalibus, cessabat Principis jus leges ferendi. Ante hunc annum autem nullam, quod ad nostram rem, Regis nomine legem exire jussit Gubernator Regius, vel a suâ parte quidquam promulgarunt Provinciarum, postea Foederatarum, Ordines, aut ipse Auriacus. De Rep. B. F. adhucdum in primordiis versante id non miramur. Dum subinde patria nostra, praesertim ab anno 1572—1581 magnis in angustiis versaretur, fere nemini in mentem veniebat vel libellos injuriosos, et id genus alia scribere aut edere, et hoc pacto Remp. turbare, vel noxia exterorum opera in patriam inducere, vel Typographorum Bibliopolarumque privilegia contrafactionibus infringere; denique hacce in conditione prudenter a parte eorum, qui rerum summam tenebant, non ne-

ces-

cesse ducebatur, prelo frena injicere, aut jura Typographis Bibliopolisque dare. Quae si vera sint, magis etiam persuasum nobis habebimus de hac veritate: in re dubiâ et ubi de patriâ periclitemur, discordias internas plerumque silere, atque, ad tempus saltem, componi.

Accessimus sic ad annum 1581. Hac autem Belgii divisione factum est, ut discrimen ingens obtinuerit inter Provincias, quas Hispani servarunt, nomen Belgii Catholici adeptas, et eas, quae nomine Belgii Foederati deinceps venerunt, quarum singularum jura nunc ab eo, quo Comitis potestas cessavit, tempore examinanda sunt.

Priore loco de Belgio Foederato videamus.

§. 2.

Jura in Belgio Foederato constituta ab abjurato Comite PHILIPPO II, *anno* 1581, *usque ad rerum conversionem anno* 1795 *obortam.*

De Preli libertate, quae in Republicâ Belgii Foederati cum in rebus sacris, tum in civilibus hoc spatio obtinuit, paucissima praemittamus.

Libertas politica, quae in civitate liberam nostrarum cogitationum et opinionum communicationem cum aliis exposcit, sive verbis, sive scriptis, (scriptis autem, si Typographiae ope publici juris fiant quaevis animi sensa) haec libertas, nemo inficias

 ibit,

quin optime locum habere posfit, cum in ea regiminis formâ, qua usus est patria nostra, quum a jugo Hispanico liberata, Ordinibus simul et Gubernatori Auriaco pareret; tum in ea conditione, qua patria hisce temporibus versatur, quibus Rex ex illustri domo, patriae semper Servatrice et quasi Deâ SOSPITA, ortus, de gravissimis rebus deliberationes cum Ordinibus instituens, rerum summam tenet.

Hisce etiam libertatis principiis consequens est, quod Unione Trajectinâ peractâ, abjuratoque Rege et Comite PHILIPPO, in recens conditâ Republicâ mirum in modum mutaretur et emendaretur status Preli, non quidem ita, ut ipsi quaedam priva vindicarentur jura, sed ut solverentur frena hactenus ei injecta, quae *Protestantibus* noxia et nimis arcta, imo intolerabilia fuisse ex praecedentibus satis patuisse confidimus. Cum enim in Belgio Foederato conscientiae libertas promulgata, et cuivis religioni cautum esset de libero ejus exercitio ex ipso *art.* 13. Unionis Trajectinae, fieri non poterat, quin in Ecclesiasticis ob haeresin nulla amplius vetarentur aut mutilarentur opera; desiderabantur igitur et officinarum exploratores, qui in haereticos libros animadverterent, et religionis velo obducti forte etiam alia arcebant opera. Post annum 1581 obtinebat in B. F. regula: cessante causâ, cessat effectus; religione patriâ principe mutatâ, mutabantur et librorum vetita; non nisi scripta, calumnils rem sacram aut sacros libros afficientia, vetuerunt

Or-

Ordines, qui et opera dogmatibus perniciosis repleta arcuerunt, si de iis juste questi essent subditi.

In *civilibus* edendi venia patebat cujusvis generis libris, praeterquam, qui injurias in Summum Imperantem, sententias seditiosas, quaeque principes viros infamiâ notabant, continerent (*injurieuse paskwillen en fameuse libellen*). Hos vetari omni probatione dignum, neque solum scriptores, verum et editores et sparsores puniri, secundum jus et fas erat; caeteroquin anonymis libellis dilacerari potuissent vel optimae notae in Rep. viri, quibus unicus esset inimicus. Interim satyrarum politicarum numero magis abundavit Saeculo XVII et sq. patria nostra, quam antequam PHILIPPUM abjurasset. — Si oculis spatium absolutum peragremus, §. *praecedenti* Hispanos unice occupatos vidimus in arcendis libris haereticis; de vetandis libris politicis noxiis, ipsum regimen vituperantibus quaestio nulla erat. Iis, quibus id forte mirum videri possit, respondemus, id, nostro judicio, fluere ex ipsâ in Belgio obtinente regiminis formâ. Paruerat fideliter, verum et fere *impliciter*, saltem Saec. XVI, Principibus suis. Belgis ea fuit, videturque et adhuc indoles esse, ut non facile irritentur: igitur de *regimine* non questi erant: ubi autem tandem magna contentionis causa oriretur, atque religionis exercitium impediretur, nunc pro aris et focis dimicandum putabant, magis Deo, quam hominibus parendum censentes.

Ubi modo de libertate Preli in civilibus sermo es-

esset, laudabamus, nulla scripta praeter famosos libellos hisce Saecc. vetitos esse: idque, Prelum hocce liberum, quod dicitur, non sine aliquâ causâ probabamus; nam in Republicâ, qualis tunc temporis Belgium Foederatum, ad civium jura pertinere videtur, opinionem suam de omni re, tum quae non ad regimen publicum pertineat, tum de gubernatione ipsâ, moderate ope preli evulgare. Si enim modus in rebus certique fines observentur, nihil noxii in eo perspicimus, ut, prelo libero, publici juris fiat opinio populi de gestis Summi Imperantis, modo scriptis nulla insit injuria. Hoc enim egregie conducere potest ad id, ut qui rerum summam teneat, de vitiis, quae regimini suo inesse possint, magis magisque certior fiat, utque alia excogitet, populo utiliora et fructuosiora: idem in Angliâ per plura jam saecula obtinuisse neminem fugit. At vero ad scopum redeamus.

Uti, in describendâ quacunque re, ejus fines probe attendendi sunt, ita ex raris terminis prelo positis judicandum de insigni libertate, qua gavisum sit in Belgio Foederato Prelum.

Poterant igitur, ut ex praemissis facile concluditur, Typographi omnia typis mandare, Bibliopolae quaevis edere per integra duo Saecula, per quae constitit Respublica Belgii Foederati, exceptis coarctationibus, quibus subinde eorum jura ad tempus fuere obnoxia, et demtis libris Ordinum decreto vetitis.

Ex

Ex magnâ ſerie decretorum cum Ordinum Generalium, tum Ordinum ſingularum Regionum, quae in Repertoriis (*Placaatboeken*) exſtant, quae privati in Rep. edidere, ſi ex hac ſerie ſummam rerum enarraverimus, ad ſcopum noſtrum pervenerimus.

In antecesſum autem monendum, diſtinctionem aliquam adesſe, et accurate obſervari debere inter Ordinum decreta, de coërcendo prelo deque reſtringendo editionis jure in univerſum, edita, et inter ea, quae vetando libello hoc vel illo ſpeciali famoſo, ſatyrico aut id genus alio prodiere; poſterioris enim generis turba tanta est, ut et noſtrae materiae terminos egrediatur, et praeterea horum libellorum ſingulorum, tunc temporis, quo decreta lata ſunt, cognitorum, nunc autem maximam partem ad oblivionem redactorum mentio et enumeratio non ſolum lectori taedio foret, verum et noſtro conſilio parum conſentaneum, in primis ſi multiplices rationes et varia conſilia in vetandis ſingulis hisce libellis oſtendere vellemus, ad quorum prohibitionem multum contulerunt cauſae *politicae*, quae apud Ordines Generales, vel Regionum ſingularum, vel apud Curiam Hollandiae vario tempore et apud varias perſonas, ſaepe etiam non niſi majori ſuffragiorum numero praevalerent; ſi in ea omnia inquirere ferret et tempus et conſilium, forſan etiam, etſi rarius, lites de rebus Eccleſiaſticis et Politicis, atque odium in ſingulos viros, aut partium ſtudium aliquid contulisſe videremus ad vetandos illos libros: de hisce editorum placitorum rationi-

P bus

bus autem non nisi hic illic obiter, plerumque, ubi WAGENARIUS, causam narrans, filum mihi praeberet Ariadnaeum.

Interim non ad solam Hollandiam hac in re attendemus, licet in ea Provinciâ longe major decretorum pars exierit: verum, quaenam in singulis B. F. Regionibus duorum Saeculorum spatio obtinuerint, *hac* §°. enarrabimus.

Provinciarum Belgii Septemtrionalium conditionem, inde a bello suscepto usque ad Foedus Trajectinum et abjuratum PHILIPPUM breviter sub finem §i *praeced.* attigimus; ubi vero quod ad Hispanorum successus major in recens conditâ Republicâ, securitas obtinere coepisset, pacto praesertim Unionis Foedere et rebus patriae ad meliorem conditionem adductis, nunc de GUILIELMI I AURIACI, Gubernatoris, regimine nonnulli questi sunt illudque vituperarunt, imo vel libelli famosi in huncce patrem patriae, qui se pro Republicâ devoverat, qui in bello pro populi juribus laesis recuperandis proque libertate tuendâ tres perdiderat fratres, qui omnia sua bona ad bellum sustinendum impenderat, contumeliose scribebantur. Ad hosce libellos comprimendos ipse Arausiacus, cui, ut ex prooëmio patet, jam tum erat delata Suprema Potestas (*de hooge Overigheid van Holland*), die 20 Decembris anni 1581 edictum (*Ordonnantie*) edidit, cujus verba Belgice referre liceat; huc autem redeunt: *Wij verbieden een jegelijk eenige ergerlijke boekskens, nieuwmaren, lie-*

dekens, refereijnen, enz. in geenerhande taal in voorschr. Lande (Holland) *te drukken, noch in druk te laten uitgaan, verkoopen noch verspreiden op verbeurte derzelve en op boete van* 100 *Carolus Guldens, voor de* 1*e*, *van een dubbele boete en arbitraire straf voor de* 2*de reis.* Typographis autem tunc haecce injuncta sunt: *Wij verbieden allen Boekdrukkers binnen den Lande van Holland voortaan niet te drukken, noch in druk uit te laten gaan, ten zij al hetzelfde eerst den Staat of haren Gedeputeerden zal zijn vertoond en door hen geadmitteerd. Zonder dat ook daarna iet daarvan in druk toe of afgedaan zal mogen worden. Ordonnerende mede, dat tot dien einde alle drukkers onder hunne gedrukte Exemplaren zullen stellen hun naam, woonplaats, en het jaar des druks, mitsgaders den auteur en translateur van dien, en zullen de drukkers mede binnen* 3 *weken na de publicatie van dezen compareren voor den Staten voornoemd* (van Holland) *of hunne Gecommitteerden en in derzelver handen doen den behoorlijken eed, van zich in alles daarna te zullen reguleren, op gelijke poenen als boven; te appliceren* $\frac{1}{3}$ *voor den executerenden Officier,* $\frac{1}{3}$ *voor den aanbrenger, en* $\frac{1}{3}$ *voor de gemeene zaak, met verbod dat zulk contraventeur niet meer zal mogen drukken* (56). At haec Lex quoad libellos non suffecit, et multi illam spre-

(56) *Groot Plac. B. supra cit.* T. I. p. 311. WILTENS *Kerk. Plac. B. supra cit.* T. I. p. 391.

ſpreverunt. Imo Magiſtratus Leydenſes in *juſtificatione*, quae dicitur, quam duobus menſibus poſt evulgatum hoc decretum Ordinibus tradidere, dicunt difficillimam esſe hujus licentiae coërcitionem, absque eo ut majori malo occaſio praebeatur; addentes, ſe, aliarumque urbium Magiſtratus decretum civibus praelegisſe, omnes autem Magiſtatus declaraſſe, executioni illud dari non posſe (57). Idem etiam de pluribus recentioribus placitis obtinuisſe, inficias non imus.

Nil mirum igitur, ſequentibus annis libellos iterum ſcriptos esſe ab iis, quibus displicebat Ordinum conſilium, Arauſiaco dignitatem Comitis Hollandiae Zelandiaeque deferendi, de quo multa A^is. 1583 et 1584 agebantur, et quod non niſi ſubitâ et triſtisſimâ GUILIELMI morte irritum est factum. Interea temporis die 8 Februarii 1583 GUILIELMUS Medioburgi ediderat amplam legem (*Ordonnantie*) de Politiâ, quae dicitur, in Zelandiâ ordinandâ, cujus *art*. 36. in Zelandiâ eadem conſtituuntur, de quibus in Hollandiâ edixerat placitum 20 Decembris 1581 (58).

Videtur hoc edictum in Zelandiâ ad tempus ſaltem obtinuisſe; in Hollandiâ autem non item. Die 21 enim Novembris anni 1584 ſecutum eſt Ordinum hujus Provinciae placitum, quo eadem quae ante trien-

(57) *Nieuwe Nederl. Jaerboeken*, T. V. part. 2. Ao. 1770. pag. 784. ibique citatus BORRIUS in *op. laud.* II. Stuk, ubi in *additamentis* p. 115, *ſqq.* invenitur juſtificatio.

triennium GUILIELMUS (nunc jam nefariâ manu occisus) constituerat, repetierunt (59).

Die 3 Augusti 1588 invenimus placitum Ordinum Regionis Trajectinae, quo, postquam non solum indicarant, ELISABETHAM, Angliae Reginam laesam esse editis in Provinciâ illâ falsis articulis ficti Pacti inter se et Hispaniae Regem, verum etiam postquam Ordines significassent, quanti sua interesset, ELISABETHAM patriae nostrae favere, declarant se delatori auctoris horum articulorum daturos *f* 1000. *Ordonnerende voorts den Procureur-Generaal van den Hove enz. enz. informatie te nemen tegen de uitgevers of uitstroijers van dien, en tegen dezelve te procederen, als tegen openbare muitmakers en verraders van den Lande* (60). Patet ex horum articulorum sparsione odium in LEYCESTRIUM Comitem, Gubernatorem Anglum in dies augens, Magistratus autem Trajectinos ELISABETHAM maxime coluisse, quippe a cujus amico LEYCESTRIO constituti erant; quo mortuo mense Septembri hujus anni, statim mutabantur Magistratus (61).

Sequitur die 9 Martii 1589 placitum *van de Ridder-*

(58) Cf. *Art.* 86. apud WILTENS *l. l.* I. 713, *sq.* Tota lex *ibid.* p. 702—715. *Gr. Plc. B. l. l.* I. 350, *sqq.* Verbo DE GYS. *l. l.* p. 52, *sq.*

(59) Cff. loca *notâ* 56 citata et DE GYS. *l. l.* p. 53, *sq.*

(60) VAN DE WATER, *Groot Utrechts Placaatboek*, T. I. p. 732, *sq.*

(61) WAG. *V. H.* T. VIII. p. 297 — 299.

derschap, Edelen en Steden van Holland en West-friesland, representerende de Staten dier Landen, quo praecedentia iterum sancita sunt, auctis tamen poenis, quo melius forte malum praeverterent: si Typographi omittant, nomen suum, domicilium, etc., in poenam incurrunt, *voor de eerste reis van* 100 *ponden, van* 40 *grooten het pond* (i. e. 100 florenorum) *en van verbeurte der exemplaren; voor de tweede reis* 200 *zulke ponden en verbeurte der exemplaren; voor de derde* 300, *en bannisfement uit voorsz. landen voor* 10 *jaren.* Porro si Typp. jurisjurandi praestationem omittant, *de poene van telken maand na voorschr. bepaalden tijd* (10 Aprilis hujus anni) *te verbeuren* 100 ℔ (62).

Mense Majo 1591 Hagae Comitum facta est propositio (*concept*) Ordinationis Ecclesiasticae ab Ordine Equestri, Nobilibus et Urbibus Hollandiae et Westfrisiae, cujus art°. 39 (63) vetitum, *te drukken eenige boeken, liedekens, refereinen, enz. streckende tot Godes lasteringe, beroerte, openbare ergernis of anders met de gemeene eerbaarheid strijdende;* praeter alia ex edicto 20 Decembris 1581, denique additur: *dat voorts niemand eenige Theologische boeken zal mogen laten uitgaan, zonder het-*

(62) *Gr. Plc. B.* I. 214. WILTENS, I. 395. partim DE OYS. p. 54.

(63) WILTENS, II. 268, *sq.* Tota ordinatio, p. 256—269, quae die 22 Septembris 1615 demum prodiit, publici juris facta ex *Resolutionibus* (quae dicuntur) Ordinum Hollandiae.

hetzelve eerst te hebben laten visiteren, bij eenigen bij ons daartoe te committeren.

Die 2 Maji 1599 Gubernator MAURITIUS AURIACUS et Ordines Trajectini, postquam animadverterant Hispanos continuo versari in discordiis seminandis inter Provincias, privatisque incitandis contra Magistratus, declarant: *Wij verbieden ernstelijk alle ingezetenen der Stad, Steden en Lande van Utrecht, — eenige paskwillen of libellen te verstrooijen — tegen de Overigheden, Staten en Magistraten, — op poene, dat de contraventeurs aan den lijve of anderszins zullen worden gestraft naar exigentie van zaken* (64). Transeamus ad sequens Saeculum.

Gubernator Auriacus et iidem Ordines biennio post, libellis seditiosis Amisfurti affixis, edicto diei 25 Martii 1601 declarant, *dat daar de auteurs behooren gestraft te worden, wij een ieder die hiervan kennis heeft, bevelen dit den Officier van Amersfoort aan te brengen, op poene dat zoo naderhand iemand bevonden wordt van het uitgeven en strooijen dier paskwillen kennis gehad, en verzwegen te hebben, gestraft zal worden als fauteur en medehelper* (65).

Die 26 Februarii 1605 emanavit placitum Magistratuum Urbis Trajectinae, vetans *eenige fameuse paskwillen, liedekens enz. in het licht te bren-*

(64) V. D. WATER, *Utr. Plc. B. cit.* T. I. p. 733, *sq.*
(65) V. D. WATER, *Utr. Plc. B.* T. I. p. 734.

brengen — en te verspreiden, — op poene van telken reize te verbeuren f 25, ⅓ voor den Officier, ⅓ voor den aanbrenger, en ⅓ voor den armen, (ecce *pauperum* primam, quantum sciamus, hac in re mentionem, quam deinceps saepius videbimus) *en daarenboven arbitrair gecorrigeerd te worden tot discretie van den Gerechte* (66). — Quod die 18 Octobris 1610 secutum est aliud ejusdem plane indolis, eorumdem Magistratuum, quo poena tantummodo aggravabatur: *op poene van als calumniateurs, oproerigen en perturbateurs van de gemeene lands rust, terstond zonder eenige conniventie of verdrag openbaar aan den lijve gestraft te worden anderen ten exempel* (67). Magistratus enim continuo lacessebantur libellis, quorum auctoribus minime placebat mutatio Magistratuum paucos ante menses ibi facta (68).

Decretorum annis 1581, 1584, 1589 ab Ordinibus Hollandiae, vel a Principe Auriaco vulgatorum repetitio necessaria visa est Ordinibus totius Belgii Foederati Generalibus A°. 1608. Dum enim acriter de induciis in 12 annos cum Hispanis pangendis penes nos deliberaretur, multi, qui pacem timerent, libellos scriptaque anonyma innumera in lucem dederunt, quibus significabant, quanta mala hinc

(66) V. D. WATER, *ibid.* T. III. p. 425, *sq.*
(67) V. D. WATER, *ibid.* T. III. p. 426.
(68) Conf. WAG. *V. H.* X. 25 — 33. de ipsis libellis verbo, p. 31.

hinc in Remp. ab Hifpanorum parte redundarent, item, quam parum fidei Hifpanis esfet tribuendum, et quam callidos legatos, exploratorum ad inftar, PHILIPPUS III. huc mififset; de quibus omnibus conferatur WAGENARIUS (69). Die igitur 27 Augusti hujus anni Ordines Generales fummatim praecedentia decreta repetierunt, in primis vetantes: *eenige libellen, enz. te drukken, enz. waarbij niet alleen van den ftaat en regering van 's Lands zaken, maar ook van de Koningen, dezer Landen geallieërden of vrienden, vermaand* (melding gemaakt) *wordt, zonder permisfie van hunne wettige Overheid, en ftellende buiten op den auteur en drukker met vollen naam, en plaats van het drukken, mitsgaders de permisfie-acte in den omflag van het eerfte blad, op poene van f* 300 *telken reis, en verdere ftraffen, als na gemeene rechten en voorgaande plakaten — zijn geftatueërd* (70). Quae tamen tota res parum effecit, quum acriter inquirere in auctores fparforesque, libertati contrarium aeftimaretur (71).

Nihilominus novum Ordinum Generalium placitum de libellis et de Typographorum juribus exiit die 7 Julii 1615, quod, aliquo temporis intervallo, exceperunt fimilia decreta dierum 22 Decembris 1618,

(69) *Vad. Hist.* IX. 373, *fq.*

(70) *Gr. Plc. B* I. 438. WILTENS. I. 399. DE GYS. p. 54, *fq.*

(71) Cf. WAG. *l. modo cit.* p. 378.

1618, 16 Januarii 1621, 3 Octobris 1639, et 20 Novembris 1646, quae ob exiguam inter se differentiam omnia simul tradimus. Queruntur in prooemio Ordines Generales de libellis vario sermone scriptis, rem Ecclesiasticam et Politicam tractantibus, quibus libellis laeduntur Reges, nostrae Reip. conjuncti, (in decreto anni 1639 additur speciatim Rex Britanniae); vetantur igitur hic rursus libelli etc. etc. (72), poenis sensim sensimque magis auctis, nempe *verbeurte van dezelve boekskens, enz. en* 100 *ponden* (i. e. florenorum) ex decreto anni 1615, (200, ex decr. 1618) *voor de 1e reis, maar voor de 2de dubbele boete, en arbitraire correctie, en daarenboven nog gestraft te worden aan den lijve, naar gelegenheid en vereisch der zaken*, (et inde ab anno 1618, *zoo wel van den auteur, drukker, als uitgever, en distributeur, en verkooper*). — Inde ab anno 1621 poena fuit praeter confiscationem 300 ƒ *en arbitraire correctie voor de 1e reis, dubbele boete en daarenboven straf naar gelegenheid van*

(72) Decreto Al. 1618 vetatur etiam editio Actorum Synodi Dordracense, antequam publicâ auctoritate eam vulgare liceat, et Ordines privilegium concesserint; quod vetitum singulatim repetiit Ordinum Generalium decretum 16 Maji 1619, *op verbeurte van alle exemplaren, en eene poene van f 6 voor ieder exempl., een derde voor den calangerenden Officier, een derde voor de Armen, en een derde voor de Scriben van voorez. Synode, en daarenboven arbitralve correctie en straf voor hen die zoodanige exempl. in deze Vereenigde Nederlanden verkoopen en brengen zullen. Gr. Plc. D.* I. 461. WILT. I. 428.

van zaken voor de 2de, zoo wel van den auteur, enz. — Quae de Typographis fequuntur, plerumque eadem funt, quae habet edictum anni 1581; nunc tamen iis vetatur: *iets te drukken ten zij eerst bij* Gecommitteerde Raden of Gedeputeerde Staten der refpective Provincien, *of de in de refpective fteden daartoe geautorifeerden, gevifiteerd en toegelaten: en zullen alle Boekdrukkers gehouden zijn denexemplaar origineel te houden van alle boeken en acten, die zij zullen drukken, en hetzelve aan Gecomm. Raden of Gedep. Staten der Provv. over te zenden, eer eenige van dien uitgegeven of verkocht zullen mogen worden.* Caeterum Typographis nomen fuum, domicilium, etc. omittentibus, atque jusjurandum non praeftantibus injunguntur poenae decreto anni 1589 conftitutae (73). — Caufa autem evulgatorum horum decretorum, praefertim annorum 1618 et 1621, derivanda videtur ex libellis, occafione turbarum Ecclefiafticarum et Politicarum, quibus mifere patria tunc vexabatur dilacerabaturque, in lucem prodeuntibus. — Caufa decreti 3 Octobris 1639 tribuenda erat libris contra CAROLUM I, Britanniae Regem, in patriâ noftrâ editis, quibus Princeps ille reprehendebatur ob auxilium et afylum clasfi Hifpanorum ingenti praeftitum, quam nihilominus ejusdem menfis die 21 magnâ clade perculit TROMPIUS noster, Archi-Thalasfa cele-

(73) *Gr. Plc. B.* I. 439. WILTENS. I. 403.

leberrimus (74). — Libellos, qui fub finem anni 1646 fpargebantur, et contra quos ante decretum Ordinum Generalium, jam aliud a Curiâ Hollandiae vulgatum erat (cf. *nota* 74, *in fine*), hosce tetendisfe puto, ut actus pacis cum Hifpanis initi rumperentur, et irrito conatu caderent.

Hisce quinque Ordinum Generalium decretis ob magnam inter fe fimilitudinem fimul expofitis, redeamus ad annum 1618, ubi primum fe nobis offert decretum aliud de libellis deque Typographorum juribus vulgatum die 19 Junii 1618, ab Ordinibus Hollandiae et Weftfrifiae (75), quod tamen quum decreto Ordinum Generalium anni 1615 in omnibus confonet, omittimus. Caufa rurfus turbis

(74) Decretum hocce anni 1639 fpeciatim etiam memorat MARTINUS SCHOOCKIUS in *Belgii Foederati* L. VII. c. 22. *de Bibliopolis, Bibliopegis et Typographis*, pag. 201, fq.; addit autem *ibid*: „ Si ulla vero lex in Belgio negligitur, nae haec ipfa quotidie, per „ executionis negligentiam, multis modis violatur, Typographis ea „ potisfimum evulgantibus, quae curiofum hominum ingenium eflagitat." Haec medio Saeculo XVII. SCHOOCKIUS. — Quum aliquot annis poftea idem decretum *in genere* vilipenderetur (non tamen quod ad CAROLUM I.), die 18 Octobris 1646 Curia Hollandiae, cui praefidebat Gubernator, FREDERICUS HENRICUS, hujus Principis nomine placitum edidit, quo omnibus, *en fpeciaal allen Drukkers en Boekverkoopers* injungebatur, decreto anni 1639 obedientiam praeftare, *gemerkt wij gemeend* (ven meening) *zijn hetzelve in allen deele ftrict te maintenneren en tegen de overtreders te procederen*. Gr. Plc. B. I. 453. WILTENS, I. 430.

(75) Gr. Plc. B. I. 451. WILT. I. 427. DE GYZ. p. 55, ff. qui tamen praeter veritatem illud ad annum 1614 rejicit.

bis politicis tribuenda, quas novimus tunc patriam dilacerasse.

Venit nunc decretum Ordd. Generalium, die 22 Dec. 1618, de quo modo ad annum 1615 diximus.

eindelijk ook, eenige zulke niet geapprobeerde boeken uit eenige der Geünieerde Provincien of resfort van de Generaliteit binnen onze Provincien intevoeren, te verfpreiden en te verkoopen, op boete van f 300 voor ieder Exemplaar, welke boeten zullen zijn: ⅓ voor den Officier, en ⅓ voor de Gereform. Armen der Stad, waar de calange plaats heeft (193).

Ne memoremus libros anonymos, injuriarum et odii plenos, in hiftoriâ illâ tragicâ illuftris viri, poetaeque celeberrimi, HARENII, Frifii, evulgatos, quos libros eodem anno 1761 vetuerunt Ordines Hollandiae, transeamus ad annum fequentem, quo, die 30 Julii, iidem Ordines edictum promulgarunt contra opus auctoris Gallici, quod quum et noftro tempore abunde in manibus fit, atque a plurimis legatur, hic a nobis commemoretur necesfe est, etfi caeteroquin a fingulis libris vetitis plerumque abstineamus. ROSSAVII, Philofophi Genevenfis, liber, cui titulus: *Emile, ou de l'Education*, ab Ordinibus habitus *godloos, fchandaleus, ergerlijk en profaan, ftrekkende om de onervaren jeugd van den eenigen weg ter zaligheid afteleiden*, hic liber privilegio antea concesfo nunc, pravâ indole cognitâ, deftitutus declaratur, fimulque cuivis illum typis mandare, edereque interdicitur, poenâ 1000 florenorum. Antea jam in aliis Europae regionibus eandem

(193) Verba placiti habet *Gr. Plc. B.* IX. 208. WILT. V. 442. Verbo DE OYS. p. 78. Rem ipfam amplius *Onmidd. Verv. op* WAG. XXIII. 179, *fq.* et 217.

dem fortem obierat, etiam Parisiis igni traditus (194). Uti autem acerrimae minae poenaeque saepe parum conducunt ad optimum consilium obtinendum, ita et hic usu venit; quum enim homo semper ducatur ad id, quod officia ipsi denegant, et verissimum fit dicterium: *Nitimur in vetitum semper cupimusque negata*: ita, prohibitâ licet ROSSAVII operis venditione penes nos, saepius tamen deinceps extrinsecus in patriam nostram introductum est, foliis omnibus separatis, hic illic sparsum per alios bonae indolis libros, quorum venditio Summis Magistratibus suspicionem movebat nullam.

Duobus abhinc annis, die 14 Decembris 1764, Curia Hollandiae duo alia Gallica opuscula vetuit, quorum unum habebat VOLTARIUM auctorem; opuscula, quae libros sacros aperte aggrederentur, quaeque igitur igni tradita et a carnifice combusta sunt non solum, verum et Typographis Bibliopolisque eadem, imo acriora injuncta sunt, quae de ROSSAVII libro modo tradidimus, quum intra tres post promulgationem dies omnia exempla tradere deberent, poenâ *f* 100, praeter mulctam ad annum 1762 allegatam, 1000 florenorum (195).

Ini-

(194) Verba habet *Gr. Plc. B.* IX. 194. WILT. breviter V. 445. Fusius rem ipsam *Onm. Verv. cit.* XXIII. 217, *sq.*

(195) Cf. *Onm. Verv. cit.* XXIII. 355, *sq.* Verba edicti *Gr. Plc. B.* IX. 195.

Initio anni 1765 Ordines Frisiae vetuerunt editionem sparsionemque versionis Belgicae alius libri VOLTARII, cui titulus: *Sur la tolérance en matière de Religion* (196).

Ipsa autem Curia Hollandiae, postquam libros hosce noxios in dies magis magisque spargi annis 1762, sqq. vidisset, ad Ordines ejusdem Provinciae hac de re die 29 Januarii 1765 scripsit, schema placiti (*concept-placaat*) proponens, quod tenderet ad vetandos pravos libros, religioni moribusque contrarios; non tamen tunc placito annuerunt Ordines. — Interim Curia etiam cogitavit de constituendis CENSORIBUS LIBRORUM, qui libros omnes in Belgio Foederato editos, antequam venditioni prostent, legant, eosque probent, si nil mali ex suâ opinione contineant: vetent, si noxii iis ob quamcunque causam videantur. Hanc tamen rem tot difficultatibus premi viderunt, ut abstinerent a proposito ad Ordines Hollandiae tunc temporis referendo.

Postquam Ecclesia Romano-Catholica, ineunte Saec. XVI, certior facta esset, libros edi, quae placitis suis adversarentur, eos atro carbone notabant Clerici, *haereticos* dicebant, laïcis eorum lectionem interdicebant, eosque hanc ob rem in Indices redigebant (qua de re jam *hujus Capitis* §°. 1. diximus). Instituto autem in Hispaniâ, exeunte Saec. XV., Judaeorum a Christianâ fide apostatarum causâ, Tribunali

(196) *Oom. Verv. cit. l. l.* p. 356.

li Inquifitionis, quod de ipfis hominibus haereticis judicabat, ei etiam librorum cenfuram detulit Ecclefiae Romano-Catholicae Pontifex Maximus. Res PHILIPPO II Regi grata erat et accepta, ejusque regimini mire adaptata, quum Cenfores libros omnes, vel partim, vel integros vetarent, qui periculofi quid contra religionem Romano-Catholicam continerent, quam PHILIPPUS imo pectore profitens, hinc vi principiorum jam tunc in illâ Ecclefiâ adoptatorum, *omnes, qui extra eam fint, damnatos esfe*, per fe ducebatur ad haereticos odio perfequendos, eorumque libros cenforum ope prohibendos. Cui fponte confequens est, nec tunc, nec in pofterum Belgis Foederatis valde acceptum fuisfe nomen *Cenforum Librorum*.

Verum enim vero, quum anno 1765 et fqq. horum cenforum mentio fieret, nomen Curia Hollandiae fervatum volebat, re plane mutatâ. Id enim fponte apparebit, modo obfervaverimus, eos libros Theologicos, quos Hifpani Romano-Catholici dicerent haereticos, esfe Proteftantibus inter primos et praecipuos. Verum et totius rei fcopus apud noftrates erat longe magis laudandus. Hifpani enim, odio acerrimo in haereticos ducti, conamina fua religionis velo obducere tentabant, et ita tecti mira quaedam de religionis veritate vindicandâ prae fe ferebant: ut ipfe PHILIPPUS II, faltem ejus fatellites fic in Belgio egerunt. Noftratibus contra cordi erat Reformata religio, ejusque unicum fundamentum, S. Scriptura; non damnabant Belgae eos, qui extra coe-

coetum Reformatorum viverent (nam bonus Reformatus fibi perfuafum habet, etiam penes Chriftianos, aliis facris fectisque addictos, viros esfe virtute et religionis amore excellentes), verum dolebant Saec. XVIII, jam per fat magnum tempus libris multis multifariam religionem laedi, ipfiusque fundamenta, quae S. Scripturâ continentur, parvo pretio, imo ludibrio haberi, opufculis et effigiebus obfcoenis bonos mores affici, juventutemque perditum iri. Ex hisce principiis etiam explicanda funt conamina antea, annis 1654 et 1662, hic adhibita ad conftituendos vifitatores, vel cenfores librorum, quorum fuo loco mentionem fecimus. Quae quum ita esfent, non mirandum, immo probandum et laudandum est, Curiam Hollandiae et Ordines, qui eodem confilio ducti, jam annis 1762 et 1764, ut fupra diximus, quaedam ROSSAVII et VOLTARII opuscula prohibuerant, omnem operam navasfe, ut huic malo mederentur, quemadmodum mox videbimus. Conatus erat maxime laudandus; metuendum tamen, ut executioni tradi posfet. — Verbo, ut noftram de Cenforibus, quales anno 1765, et deinceps anno 1769 proponebantur, dicamus opinionem: confilium totius rei omni probatione dignisfimum, fummâ laude profequendum in *abftracto*. „ La fureté „ générale de l'Etat," inquit BIELFELDIUS (197), „ et la fureté particulière de chacun de fes membres, „ exigent, qu'on ne permette point la publication „ des

(197) *Inftit. Polit.* T. I. p. 105. C. VII. §. 13.

„ des livres impies, des libelles contre le Gouvernement, des ouvrages ſcandaleux et capables de „ corrompre la jeuneſſe, ou d'entrainer l'innocence „ au crime. Ces conſidérations ont donné à la police l'inſpection ſur les imprimeries, librairies, „ colporteurs, et autres perſonnes, qui débitent „ les livres, et ſur les auteurs." At rei *executio* difficilior est; ſi enim idem conſilium in ipſis libris adhibeatur, ſi libri ad normam in placito praeſcriptam adaptentur, veriſimile eſt, aquam haeſuram, remque numquam ad exitum perduci poſſe, cum ob imperitiam Cenſorum, qui non cujuscunque generis libros dijudicare valeant, tum ob Cenſorum animum quibusdam in re Eccleſiaſticâ vel morali, vel politicâ doctrinis nimis obnoxium, ab aliis diſciplinae partibus averſantem, tum ob librorum molem immanem, quorum lectio nimium temporis abſumeret, tum denique ob ipſius normae et vocum vagos terminos, v. c. quinam ſint libri *impii et obſcoeni*, quaenam *vera religio Chriſtiana*, quaenam hujus religionis *fundamenta*, de quibus inter ipſos Proteſtantes lis eſt, quid ſignificet, ea *ludibrio habere*, quae omnia (*libri impii et obſcoeni — vera religio*, etc.) ſunt vocabula, quibus utitur Curia Hollandiae in placito die 7 Septembris 1769 propoſito (de quo mox videndum). Licet igitur in concreto res ad exitum perduci nequeat, in abſtracto tamen hi librorum Cenſores non contemnendi ſunt; adeoque, omnibus perſpectis, de Curia Hollandiae dicendum videtur: *Ubi deſunt vires, tamen est laudan-*

danda voluntas. Nunc autem transeamus ad examinanda conamina ipsa, anno 1769 adhibita.

Saepius hucusque vidimus varia, five Ordinum Generalium, five Ordinum fingularum Regionum conamina, fingula fuo modo adhibita ad conftringendam preli licentiam, nec tamen fuccesfu optato gaudentia. Igitur anno 1769 hunc in finem in Hollandiâ, poft diuturnas Ordinum hujus Regionis deliberationes, a Curiâ Hollandiae die 7 Septembris hujus anni motum est confilium, de quo modo diximus, conftituendi Cenfores Librorum, quorum ope fore, ut hoc malum optime praeveniretur, perfuafum fibi habebant plurimi. Attamen, ideo res non omnibus aeque placebat, feque ei oppofuerunt fatis acriter Corpora, five Collegia (*Gilden*) Typographorum Bibliopolarumque, nonnullis in urbibus, imprimis Lugduni Batavorum, querimonia fua fcripto confignata Magiftratibus tradentia, tam efficacia, ut Curia, hinc certior facta, fibique perfuafum habens hujus confilii executionem non folum multis laborare difficultatibus, verum etiam commodis inde forte profluentibus longe praevalere incommoda (198), uni-

(198) Neque hoc confilium unice Proteftantibus displicuit. Audiamus, quid de Catholicis dicat CLERICUS in *Bibliothèque Choifie.* T. XV. Part. I. art. 1. in recenfendo *Volum.* II. *Repertorii tractatuum Politicorum*, fub GUIL. III. Angliae Rege editorum. Ait CLERICUS *l. c.* p. 78, *fq.* „ Une bonne partie des Catholiques Romains même dèsapprouve extrêmement la pratique des „ lieux, ou il n'est pas permis d'imprimer fans approbation des „ Cenfeurs publics, à caufe de l'expérience, qui a appris, que „ ces

universam hanc Censorum institutionem missam faceret, remque alio modo effici debere censeret.

Delegati enim ex Curiâ placitum ad normam antecedentium conscripserunt, Ordinibusque Hollandiae tradiderunt, ab hisce probandum, promulgandumque; quod non abs re erit obiter memorasse. Vetabat: *het maken, drukken en uitgeven van alle zoodanige boeken, waarbij de gronden van den Christelijken Godsdienst aangetast, of de H. Schrift, als mede de ware Gereformeerde Religie, op eene spotachtige wijze behandeld worden, gelijk ook alle boeken en geschriften, door hunnen obscoenen inhoud geschikt om inbreuk te doen op de goede zeden, en strekkende tot bederf der jeugd: onder bedreiging van geldboete, ban of gevangenis, naar mate de boeken meer of minder schadelijk geoordeeld zouden worden, en het boosaardig opzet der overtreders ver-*

„ ces Censeurs s'opposent très souvent à la vérité." Haec de Censoribus censent Catholici (quibus junge, quae de Indicibus censeant, referente BAILLETO; vid. supra, *hoc Cap. notâ* 54); quid nobis censendum? — Objectat CLERICUS porro *l. l.* quasi in favorem Censorum: „ Si l'on permet d'imprimer indifferemment, sans „ l'approbation des Censeurs, des livres, on publiera mille impié-„ tés, en faveur de l'Atheisme et du vice, et même des ouvrages „ seditieux, et propres à troubler la societé civile." At ea sic refutat: „ Mais il-y-a des lois contre les séditieux, et rien n'empê-„ che, qu'on ne punisse ceux, qui n'ont point de conscience, „ comme les Athées, et les gens de mauvaise vie, qui ne peuvent „ pas dire, qu'elle les oblige de défendre leurs sentimens." — Ex ea, quam ad annum 1754 allegavimus, HUMII opinione de censurâ librorum, satis patet, eum, si in Belgio Foederato vixisset, numquam approbaturum fuisse eorum institutionem.

verdiende. Verder dat Boekverkoopers of Drukkers niets drukken zouden, zonder te weten, wie de maker ware, wiens naam zij, des gelast zijnde, den Procureur-Generaal of Officier moesten openbaren op boete van f 600 voor de eerste, en dubbeld voor de tweede reis; uitgezonderd de Boekdrukkers en Boekverkoopers die een boek buiten 's lands gedrukt, en hier openlijk verkocht, zouden herdrukken. — Op gelijke boete moest ook op het titelblad naam en woonplaats, enz. staan (ut anno 1581 et faepius vidimus), — *maar zoo de naam van een Boekdrukker of Verkooper door een ander voor een geschrift valsch mogt zijn geplaatst, moest hij, wiens naam geplaatst was, zoodra het tot zijne kennis kwam, hiervan den Procureur-Generaal of Officier verwittigen, of anders verantwoordelijk zijn, als had hij het zelf gedrukt en uitgegeven; dit zou hij mede zijn, zoo hij het boek verkocht had, schoon voorgevende dat hij van dien valschen naam onkundig was: die een valschen naam had doen stellen, zou verbeuren f 600, zoo het boek niet tot de in dit placaat verbodene behoorde; en dubbeld, zoo het er onder moest gerekend worden* (199).

At hocce fchema non fingulis ex Collegio Ordinum aeque placuit fociis; faltem id patere videtur ex eo, quod nonnulli hujus placiti verba defcripta fibi rogarent, ut magis tranquille de eo fecum cogitarent et deliberarent, ut prae fe ferebant; ea autem faepe obtinebat agendi ratio, fi res minus place-

(199) Cf. *Osm. Verv. op* WAG. T. XXIV. p. 227, *sqq.*

ceret; obstabant saltem hujus placiti executioni multa, ita ut die 24 Januarii 1770 Ordines Hollandiae placiti probationem deferrent ad posterioris curae deliberationes.

Interim, hoc intervallo, Typographi et Bibliopolae Hollandi complures, nuntio de placito promulgando ad se perlato, innumera mala sibi et preli libertati imminentia perspicientes, ea praevertere studuerunt, et hanc in rem omnem navarunt operam, omnem moverunt lapidem, tum Amstelodami, tum Lugduni-Batavorum. — Amstelodami tres Bibliopolae, ARKSTÉE et MERCUS, P. MEYER, et Z. CHATELAIN ejusque filius, e primariis hujus urbis Bibliopolis, scripto querelas suas tradiderunt Collegio Typographorum et Bibliopolarum illius urbis, a quo universo Collegio hic libellus (*Memorie*) Magistratibus Urbanis traditus est ineunte anno 1770. Totus libellus satis gravia incommoda illi consilio objicit, qualia sunt: vagi vocum termini, immensa doctrina, quae in Censoris persona requiritur, cognitio nimirum cujuscunque doctrinae generis, quae tamen rarissime singulis hominibus inest; incommoda, de quibus modo diximus; placitum porro ad eam ducit difficultatem, ut nemo in posterum anonymus librum edere possit, et quae hujus generis plura sunt, uberius et ad verbum legenda in opere ad calcem citato (200). — Videamus, quid Lugduni-Batavorum obtigerit. Hujus urbis Collegium Typographorum

(200) *Nieuwe Nederl. Jaarboeken*, T. V. Part. 2. 1770. pagg. 789 — 807.

rum et Bibliopolarum universum, exeunte anno 1769, acriter se opponendo Censoribus librorum a Curiâ propositis, suis maxime conatibus (cf. *p.* 199) hoc consilium missum factum vidit. Jam novum placitum a Curiâ ad Ordines Hollandiae prolatum itidem praevertere tentabant tres e primariis Bibliopolis Leydensibus, C. VAN HOOGEVEEN JR., P. VAN DER EYK et D. VYGH; frustra tamen hac de re cum primariis ex Collegii sui (*Overlieden*, sive *Hoofdlieden van het Gilde*) consilia ineuntes, et certiores facti de Bibliopolarum Amstelodamensium libello, etiam ipsi Magistratus Urbanos adierunt, rogantes, ut hi apud Ordines Hollandiae intercederent, ne placitum probarent, ederent promulgarentque. Haec autem Bibliopolarum triga petitioni suae addidit et subjunxit disquisitionem amplam, libere conscriptam, atque verae egregiaeque doctrinae plenam, cujus auctores erant causarum patronus doctissimus Lugduno-Batavus ELIAS LUZAC, ejusque agnatus ISAÄCUS ELIAS LUZAC, quorum prior operibus variis, sive nomine suo insignitis, sive anonymis prolatis doctrinam suam mire probavit (200*), atque eo magis scribendae huic disquisitioni erat aptissimus, quo melius ipse intelligeret, et quaenam sint vera Bibliopolarum commoda, et quid Bibliopolis juste tribuatur, quippe e quorum numero ipse erat.

Non

(200*) Cf. de eo H. C. CRAS, *Notice sur la vie et les oeuvres d'*ELIE LUZAC, Gall. in *Magazin Encyclopédique par* A. L. MILLIN. 1813. T. IV. *Août*, p. 308—333. — Belg. in *Alg. K. en. L. Bode* 1813. No. 54, 55, 56.

Non finunt hujus dissertationis termini, multis de hoc LUZACII opufculo dicere. Contendit, placitum ducere ad difficilia quaevis, et nihilominus numquam, eo promulgato, attingi posse probum illum et laudandum fcopum, quem Curia et Ordines fibi propofuerant; praecipua autem, quae probanda in animo habuit, et de quibus juridice politiceque egregie disferuit, memorasse nobis fuffecerit.

1°. Contendit praeter quosdam defectus, quibus laborare videtur fchema placiti, in eo defiderari duo maxime essentialia (quae dicuntur) in lege poenali necesfario requifita; partem *definitivam* male fe habere ob vagos vocum terminos, nec meliorem esse partem *vindicativam*, quum in eos, qui placito adverfentur, ftatuatur gravis mulcta, vel relegatio, vel carcer, quo magis minusve noxius judicetur liber, vel id requirere videatur confilium atrox ejus, qui hanc legem violet.

2°. Placitum res quasdam exiftimat effici posse, quae nullo modo ad exitum perduci posfint.

3°. Placitum fi in actum ducatur, mercaturae librorum perniciem afferat necesse est, Typographos et Bibliopolas vexationibus infinitis afficiet.

4°. Ejusmodi placitum repugnare putat L. naturali incolarum libertati, nec non civili, quae omnibus Hollandiae incolis aequo fub regimine Ordinum hujus Regionis competit.

5°. Minime illud convenire docet conditioni Hollandiae, quod ad mercaturam, praefertim quod ad literarum et doctrinarum cultum.

6°. Affirmat denique, placitum non folum non for-

forțiturum optimum, quem fibi propofuerant Ordines, effectum, verum vel nihil operaturum, vel e contra multum mali pariturum.

Horum capitum amplam viri peritisfimi disquifitionem ad verbum exhibet opus faepius citatum (201).

Neque hic libellus fuccesfu caruit, quem hinc fperaverant Bibliopolae Leydenfes; etenim et hoc et aliis bonis opufculis, quae fapientiores Hollandiae viri (201*) prodire jusferunt, ducti funt Ordines Hollandiae, ut a placito defifterent, illudque promulgationi non traderent (202).

Diutius, idque propter rei momentum, commorati fumus in tradendis, quae habebamus de Cenforibus librorum, deque placito deinceps Ordinibus a Curiâ propofito. Quae jam fequuntur, citius et facilius abfolvi queunt.

Primo loco occurrit placitum eorumdem Ordinum Hollandiae, diei 9 Februarii 1771, quo reprehenduntur novellarum auctores, qui nimiâ ufi erant licentiâ in edendis vel partim, vel integris, literis legatorum hujus Reip. penes Reges exteros; re-

(201) *N. Ned. Jaarb. citt. l. l.* pagg. 809—896.

(201*) Quibus annumerandus 12 paginarum libellus anonymus, cui titulus: *Brief aan een Regent van eene Hollandsche Stad, rakende de Drukpers*, quique circa idem tempus prodiisse videtur, quia LUZACIUS in disquifitione femel iterumque illius meminit (*N. Ned. Jaarb. citt.* p. 868 et 88;). Quisnam auctor hujus bene confcripti libelli fuerit, non *certo* patet. Non unam ob caufam LUZACIUM ipfum fufpicari licet, etiam ob epiftolae fubfcriptionem, quae fic audit L. C.

(202) Cff. de totâ hac re *Ônw. Verv.* faepius cit. T. XXIV. p. 223—231. et ample *N. Ned. Jaarb. l. l.* pag. 783 — 896.

renovatur hac occasione eorumdem Ordinum decretum diei 16 Octobris 1723, et hisce auctoribus serio interdicitur licentia, de qua diximus, *terwijl tegen de schuldigen naar gelegenheid der zaken zal geproceedeerd worden* (203).

Invenimus nunc proxime, die 1 Maji anni 1773, decretum Ordinum Hollandiae, cujus haec caussa refertur (204): quum MARMONTELLII Galli opusculum venustum, sapienter diserteque scriptum, cui titulus *Bélisaire*, nostratibus innotuisset, lites inde oriebantur de tolerantiâ Ecclesiasticâ latiori, vel magis restrictâ tuendâ. Illam laudabant, qui MARMONTELLII librum magni faciebant: hanc prae se ferebant ii, qui de rebus Ecclesiasticis gravius et severius judicarent; scintilla in ignem satis ardentem vertebatur, quem ut exstinguerent Ordines, fecerunt decretum, de quo diximus, quodque vetat, *dat niemand make, drukke, uitgeve boeken, waarin de Christelijke Religie en de leerstukken van dezelve, — die in de Kerken van dezen Lande worden geleerd en beleden, — tegengesproken en bespot worden, — op poene dat de makers derzelve, of die ze willens en wetens hebben gedrukt of verspreid, beschouwd zullen worden, de hooge Overheid te hebben geattenteerd, en als verstoorders der gemeene rust van den Lande, naar eisch van zaken, zelfs met bannissement, zullen gestraft worden* (205).

Se-

(203) *Gr. Plc. B.* IX. 402.

(204) In opere *Onm. Verv.* saepe cit. T. XXIV. p. 336, *sq.*

(205) *Gr. Plc. B.* IX. 200. WILT. V. 446. DE GYS. p. 78.

Sequitur placitum Ordinum Zelandiae, diei 23 Februarii 1775, fparfis etiam nonnullis fcriptis anonymis, quibus in contemtum ducantur perfonae quaedam, in Walachriâ munera gerentes. Vetat edictum *het opstellen en verspreiden van eenige naamlooze en hatelijke geschriften, waardoor de gemoederen der ingezetenen opgestookt worden tegen hunne medeburgers — op poene van boven de dubbele vergoeding der toegebragte schade, rigoureus te worden gestraft* (206).

Transimus ad annum 1781; die 5 Maji invenimus decretum Ordinum Hollandiae, fimile quid continens, ac decreta, de quibus jam diximus, dierum 16 Octobris 1723, 29 Augufti 1755 et 9 Februarii 1771; meritò enim reprehenduntur duo novellarum publicarum auctores, qui praeter veritatem de Regibus Daniae et Borusfiae fcripferant; dicta revocare jubentur *op poene van de hoogste indignatie van Hun Ed. Gr. Mog.* (207).

Sequitur jam decretum Ordinum Ducatus Gelriae et Comitatus Zutphaniae, diei 30 Julii ejusdem anni contra libellos ejusdem fere habitus, ac in Hollandiâ faepisfime jam retulimus: quum tamen hoc folam Gelriam fpectet, lubet referre paucis. Vetatur *het maken, drukken, verkoopen en verspreiden van eenige paskwillen, enz. — met of zonder naam van maker of drukker; ook dezelve van elders in deze Provincie intebrengen, het zij ze strekken tot nadeel*

(206) *Gr. Plc. B.* IX. 403.
(207) *Idem, ibid.* p. 408.

deel en verachting of kleinachting der hooge Overheid, of van bijzondere Regeringspersonen, of wel van andere hooge of lage Staatspersonen in dienst van dezen Staat; op poene van confiscatie van alle Exemplaren en eene boete van f 1000 (208). Verbo adjungendum, tetendisse hoc edictum ad reprimendos libellos conviciis repletos in Gelriâ vulgatos contra Ducem Brunsvicensem, qui olim GUILIELMI V, Auriaci tutor, tunc penes nos summis adhuc honoribus fungebatur, non tamen cuivis Belgae aeque acceptus erat.

Interim moles libellorum famosorum tam immensa evaserat, atque tam acres injurias, praesertim in ipsum Principem Auriacum, ejusque gentem, in alias personas publicis muneribus fungentes et in patriae regimen continebat, ut mense Septembri 1782 Curia Hollandiae Ordinibus ejus Regionis proponeret promulgationem novi placiti contra eos libellos, gravissimas constituens poenas in delinquentes, i. e. in Typographos Bibliopolasque, qui haecce scripta anonyma typis mandarent ederentque (209).

Nullus autem potuit modus aut remedium inveniri malo, quod per totum Belgium Foederatum jam eo usque prorepserat; in dies augebatur copia horum libellorum, satyrarum, etc.; hisce jungendae no-

(208) Cf. *Vervolg op* WAG. IV. 96. *N. Ned. Jaarb. citt.* 1781. p. 1329. DE GYS. *l. l.* p. 79, et *sq.* erravit, placitum Ordinum Gelriae in *N. Ned. Jaarb.* obvium distinguens ab eo, quod in *Verv. op* WAG. occurrit, cum tamen reverâ unum idemque sit.

(209) Exstant literae in *Verv. op* WAG. *cit.* V. 282—285.

novellae publicae et hebdomadariae chartae complures, quibus vetandis Ordines fingularum Regionum operam dederunt, et annis 1781, 1782 et 1783 plurima decreta ediderunt; quae tamen ad fcopum noftrum minus facientia, quippe fpecialia, lubenter praeterimus. Videantur tamen de iis opera faepius citata (210). Convicia ad illud usque culmen adfcenderunt, ut ipfe Princeps GUILIELMUS de laefione quereretur et preli coërcitionem expofceret in extraordinario Ordinum Conventu (*Staatsvergadering*) (211).

Interim Ordines Hollandiae, tanto malo ut aliquatenus occurfaretur, Curiae Hollandiae propofitioni anni praecedentis aufcultantes, renovari curarunt die 10 Januarii 1783 decreta contra famofos libellos edita die 18 Januarii 1691 et 7 Martii 1754 (212).

Die 18 Maji 1784 exiit decretum jusfu Magiftratuum Haganorum contra libellos famofos; dum die 8 Septembris ejusdem anni Roterodami a Magiftratibus interdictum est, *dat de drukkers geene andere nieuwspapieren zullen mogen laten drukken, dan die bij ftedelijke Refolutie zijn opgegeven* (213).

Sequitur duobus annis poftea placitum Ordinum Gelriae diei 8 Septembris 1786, fatis feverum, temporibus optime adaptatum (fi nempe continuo au-

(210) *Verv. op* WAG. V. 285 — 294. item VI. 376 — 383. et *N. Ned. Jaerb.* tribus hisce annis.

(211) *Verv. op* WAG. T. V. p. 309.

(212) *Gr. Plc. B.* IX. 411.

(213) Haganum est in *N. Ned. Jaerb.* 1784. p. 996. — Roterodamenfe *ibid.* p. 1580.

het stellen, schrijven, verspreiden van lasterlijke, logenachtige of smadende en honende papieren en geschriften, — *op poene van naar alle rigueur van regten te zullen gestraft worden* (218).

Hinc autem usque ad rerum conversionem anno 1795 obortam nullum (praeter decretum 22 Martii 1792 mox citandum) reperimus edictum, nec Ordinum Generalium, nec singularum Regionum, nec ullius Curiae, licet tempora plerumque non minus turbulenta essent, quam ab anno inde 1780 fuerant. Verosimile autem hic videtur, quod ad hunc locum observavit Vir Conf. DE GYSELAAR, *Diss. p.* 85, causam hujus rei forte in eo quaerendam esse, quod in plerisque, saltem Hollandiae, urbibus placita contra famosos libellos, satyras, etc. ipsi Magistratus promulgaverunt. Putarunt forte Ordines, quique Curiae intererant, se hoc tacite probantibus, magis quieti singularum urbium prospici et consuli. Saltem placitum Ordinum Hollandiae, die 9 Decembris 1702 hac de re vulgatum, repetierunt Magistratus Amstelodamenses, die 27 Januarii 1791, Delphenses postridie, Roterodamenses et Harlemenses (219) die 4 Februarii ejusdem anni (220).

Denique occurrit placitum Ordinum Hollandiae, die

(218) *N. Ned. Jaarb. ibid.* p. 5715. DE GYS. p. 84, *sq.*

(219) Quorum edictum ad verbum invenitur apud C. DE KONING, *Tafereel van Haarlem*, 1808. III. Dl. blz. 276—279.

(220) Edictum Amstelodamense habent *N. Nederl. Jaarb.* 1791, p. 25. — Delphense ibid. p. 17. — Roterodamense, p. 90. — Harlemense, p. 184.

die 22 Martii 1792 ejusdem indolis ac decretum 5 Maji 1781, et praecedentia ibi citata, tendens iterum ad novellarum publicarum audaciam restringendam (221).

Atque sic absolutâ serie placitorum ad nostram materiem facientium in toto Belgio Foederato (quoad invenire potuerimus) per duo integra Saecula, quae stetit Resp., paullulum subsistamus et verbo moneamus, quaenam ex hisce ad nostram rem, id est ad Typographorum Bibliopolarumque jura in cudendis edendisque libris, fluxerint.

Quae retulimus generalia contra famosos libellos varii generis et scopi placita complura, in tantum ad nostra jura pertinent, in quantum hisce edictis interdicitur Typographis et Bibliopolis, ne cudant edantque scripta haecce et quaecunque alia noxia, injuriis et conviciis referta, deinceps prodituta. (Ne tamen quis putet, praeter edicta, quae retulimus, alia nulla exiisse contra singulos libellos; ad calcem loca citabimus, ubi, si quis forte haec investigare velit, decreta ea invenire queat plurima (222)). Idem dicendum de prohibitione edendi

(221) *Gr. Plc. B.* IX. 455.

(222) Ab anno 1606 — 1638. WILT. T. I. p. 415. — Alia ab anno 1614 — 1653. *ibid.* p. 424. — Anno 1651. *ibid.* p. 429. — 1655. *ibid.* p. 430 et 432. — 1669. *ibid.* p. 441. — 1618. *ibid.* T. II. p. 286. — 1706. *ibid.* p. 428. — 1732. *ibid.* p. 588. — 1733. *ibid.* p. 598. — 1731. *ibid.* T. III. p. 262. — Ab anno 1693 — 1722. *ibid.* p. 266. — Ab anno 1746 — 1749. *ibid.* T. IV. p. 432. — Placitum anno 1781 vulgatum huc faciens, *Gr. Plc. B.* IX. 409. — Ejusdem anni in *Verv.* op WAG. T. V. p. 288, *sq.* — 1783.

di novellas publicas, vel hebdomadaria. In quantum vero haec prohibitio tendat ad ipfam disquifitionem de preli libertate, aut coarctatione majori minorive, necessariâ nec ne, de qua in infinitum fcripferunt eruditi, extra terminos nobis pofitos fita funt haec edicta prohibitoria. Id tantummodo indicandum: fi quis ferio obfervet poenas et mulctas in delinquentes ftatutas continuo aggravatas, quo magis ad feriora tempora pergas, nec tamen ideo, aut eâdem proportione imminutam copiam librorum faepius vetitorum, nec frequentiam delinquentium; a pofteriori dicendum videtur, hanc, augendi continuo poenas, non optimam viam esfe, qua hoc malum coërceatur; praefertim quia, quo magis augeantur poenae in preli licentiam ftatutae, eo fubtilius delinquentes peccant, libros edentes fine auctoris editorisve nomine, aut loci infcriptione. Foret forte melius, nulla coërceri fcripta, nifi quae vel Summum Numen contumeliofe lacesfant, vel convicia in Summum Imperantem caeterosque inferiores Magiftratus contineant: in reliqua non acriter animadverti; quia in univerfum verum fit, quo magis libros vetes, eo magis fpargi eos ac legi: ea ta-

1783. *Gr. Plc. B.* IX. 411. *Verv. op* WAG. V. 286, *fqq.* — De Curfore Rheni inferioris (*Poft van den Nederrhyn*) *Verv. op* WAG. V. 288—294. VI. 376—383. XII. 300—305. — Anno 1788. *Verv. op* WAG. XXI. 37, *fqq.* — 1790. *idem Vervolg.* XXIII. 275—282; et de libello Harlemenfi, *ibid.* p. 282—284. DE KONING, *Tafr. v. Haarlem* III. 270—273. Praeter hanc molem certo certius alia fcripta nonnulla nos fugerunt.

tamen, quae cum Deum, tum Summum Imperantem ſpectant, ut jam diximus, hinc excipienda, quippe aperte Religionem et Civitatum quietem turbantia, atque ad ſeditionem provocantia. Interim rem esſe difficillimam lubens profitemur, neque miramur, Leydenſes Magiſtratus, jam anno 1582 (ut ſupra, *pag.* 116, retulimus) praedicasſe, difficile quid esſe, has licentias coërceri, absque eo, ut majori malo anſa praebeatur. Quid dixisſent, ſi turbulentisſimis illis vixisſent temporibus, in quibus verſata est patria ab anno circiter 1781—1795. Redeamus.

In eo eramus, ut de decretis expoſitis modeſte judicium proponeremus; ea, quae directo tenderent, ut Typographis Bibliopolisque quaedam injungerentur, et ſtatuerentur jura, ut ita dicam *poſitiva*, non fuere frequentia, unde patet, modo ne cuſis editisque ſcriptis impiis atque calumnioſis religionem hominesve laederent, liberum relictum esſe mercaturae librorum exercitium, prout ferret libido, obſervatis iis, ad quae obſtringebantur decretis diei 28 Junii 1715, et paucarum ſimilium.

Attulimus ſtatuta, coras, uſus, conſuetudines; hisce enim conſtitit Sacculis XVI—XVIII in patriâ noſtrâ omnis juris ambitus (exceptis, quae ex Jure Romano ſervata habemus), dum propter varias, quibus formabatur Reſp., regiones, neceſſario una eademque legiſlatio tempore Foederatae Reipublicae non obtineret, atque nec Codicem legum omnibus Regionibus communem conden-

dendi animus esset, nec facile ferret constructionem Codicis conditio Civitatis. Hinc fluit, exceptis placitis, quae tulerunt Ordines Generales, juris, quod retulimus, varietatem fuisse insignem per omnes Reip. partes; jus enim illud peculiare unice ortum est ex abusu et defectu, qui hic illic obtinerent, quique ad placita edenda ducerent; non tamen in nostrâ materie tanta est juris diversitas, quanta in iis capitibus, quae ad jura rerum et personarum omnium proprie pertinent; haec enim jura ubivis in censum veniunt, ita ut quaevis urbs, imo unusquisque pagus sua habere possit jura (ut saepe factum). Ea autem, de quibus nos agimus, jura non nisi majoribus in urbibus in censum veniebant, quum Typographi Bibliopolaeque alibi plerumque non habitarent, saltem in urbibus minoribus non illâ frequentiâ, quae requirebatur, ut ibi obtinere possent jura nostra specialia: et rarissime adhucdum Typographus Bibliopolave in pagis adsunt, excepto tractu Groningano, ubi in pagis, Provinciae metropolin circumdantibus, ultra 30 Bibliopolas atque unum Typographum reperies.

Quodsi igitur systema, sive Codex legum in Belgio Foederato non exstaret, Belgaeque, in quantum solo jure patrio (non Romano) uterentur, peculiaria haberent jura, ut ex placitis legibusque supra traditis patet: unice superest, ut videamus, quare decreta complura exierint, anteriorum repetitionem sistentia. Id partim ex eo explicandum, quod, quum poenis decreto cuicunque annexis Typographi Bibliopolaeque non absterrerentur nec a spernendis, nec ab eludendis

dis decretis, cogerent Magiſtratus ſuos ad decreta eadem, auctâ et gravatâ ſanctione poenali, repetenda. Et porro aliud accedit; faepe quidem, licet videretur repetitio, erat mutatio quaedam parva, aut alius evaſerat legislatoris ſcopus; nam hisce conſuetudinibus, coris, etc. praeſertim quod ad noſtrum ſcopum ſpecialia quaedam conſtituentibus, ut v. c. res erat in variâ conditione librorum vetandorum, Ordines placitis novis latis tollere non potuerunt omnem prell abuſum; mox enim alil libri edebantur, qui ex plurium opinione non ad genera antea prohibita pertinebant, et paullulum hinc deflectebant. Tandem, (quod reverâ locum non habuisſet, ſi Codice legum univerſali uſi esſent majores noſtri) repetebantur ſaepius decreta anteriora, nullâ licet mutatione obtinente, ſi priora forte placita in deſuetudinem abiisſent, aut ſi olim ea fuisſet civitatis conditio, ut non ſine magnâ difficultate (de qua queſti ſunt Magg. Lugduno-Batavi, anno 1582, ut *pag.* 116. diximus) tunc temporis placita exſequi licuisſet, deinceps autem tempora esſent mutata, atque Magiſtratus repetitum decretum tuto in actum ducere posſent. Forte denique decretorum repetitio non raro obtinebat, ubi legum executio neglecta erat (cf. *pag.* 173. *initio*).

Pervenimus ſic ad metam ſtadii, quod percurrere vellemus, jurium Belgii Foederati, ad annum 1795, quo Gubernatoris ſimul et Ordinum regimen cesſasſe, neminem fugit. Ut autem, formâ Reip. licet mutatâ, ejus jura non intereunt, ſponte hisce conſequens est, jura eadem, quae antea, manſisſe, donec

nec fpecialibus legibus fuerint abrogata, anno 1796, de quibus, §°. 4. videbimus.

§. 3.

Jura in Belgii parte Meridionali, i. e. in 10 Provinciis, conftituta ab exeunte Saec. XVI *usque ad finem Saeculi* XVIII.

Antequam jura Reip. Batavae poft rerum converfionem anni 1795 enarremus, redeundum est ad Belgii partem Meridionalem, 10 Regiones, quae conditae Reip. Belgii Foederati accedere nolentes, PHILIPPO II. adhaeferunt, quaeque hinc fere ad noftra usque tempora feparatae manferunt, fuaque fibi jura alio fub regimine habuerunt. Sequitur igitur proxime, ut ftatum horum jurium examinemus, quibus incolae hujus Belgii partis fub Hifpanis Auftriacisque gavifi funt, donec eodem Saeculo XVIII exeunte alia jura fint nacti.

Praemonendum autem, hanc feriem certo certius non esfe omnibus numeris abfolutam. Quum enim Repertoria placitorum ex omnibus Belgii Meridionalis regionibus infpicere nobis non licuerit, atque non nifi Brabantiae Flandriaeque placita confulere potuerimus, hinc fponte liquet, fpecialia quaedam, forte in aliis regionibus conftituta, nos fugisfe, licet ab alterâ parte verum fit, et conftitutiones praecipuas editas fuisfe in utrâque, quam nominavimus, Provinciâ, et placita maxime fcopo noftro infervientia ad univerfum Belgium Pontificium, non ad regionem

 fpe-

ſpecialem, pertinuiſſe, exceptis paucis, vel Ducatum Brabantiae, vel Comitatum Flandriae, vel urbes in alterutrâ obvias ſpectantibus. Verum praeterea dolemus, nos non ita probe in cauſas et ſcopos ſingulorum decretorum inquirere potuiſſe, atque Belgii Foederati placita indagavimus; ratio in eo quaerenda est, quod non quidem plane careamus hiſtoriâ univerſi Belgii Meridionalis bene conſcriptâ, qualem Belgii Foederati et habemus et grati laetamur, quod tamen ea, quae exſtat, DEWEZII *Hiſtoire Générale de la Belgique*, de placitis noſtram rem ſpectantibus nil referat, ita ut v. c. de placitis annorum 1570 et 1571 deque Indice Expurgatorio ne verbum quidem reperiatur. Interim haec forte ejus propoſitum excedebant, nec tam necessario ad hiſtoriam requiruntur, ut, ſine inveſtigatione *omnium* placitorum, *hiſtoria* dici nequeat.

Rem ipſam igitur aggrediamur, et ad ipſa tempora divulſionis utriusque Belgii redeamus. Primum in memoriam revocemus, quae in toto Belgio edita erant ibique ante turbas anno 1572 exortas vigebant jura, quaeque §°. 1. retulimus. Habuimus edicta non ex omni parte accepta, quippe ex acri religionis ſuae contra haereticos vindicandi Hiſpanorum ſtudio orta, igitur ſolis Belgis Reformatis ingrata, Pontificiis accepta.

Quodſi nunc in eorum recenſione pergamus, adest primum *Synodus Cameracenſis*, anno 1586 habita, cujus *Capitis* I. *art.* 3. jubetur, ne quis praeter juratos Bibliopolas Typographosque libros vendat, in-

introducat, typis mandet, aut distribuat (quod ſupra jam habuimus) (223); porro quemvis librum probari debere ab Epiſcopo, ejusve delegato, vel a Cenſore Academiae Lovanienſis, vel Duacenſis (224), quarum haec condita erat anno 1563; poſtquam autem anno 1668 CAROLUS II, Hiſpaniarum Rex, Pace Aquisgranenſi hanc urbem Galliae cesſisſet, hoc jus ad ſolam Lovanienſem Academiam reſtrictum est.

Edicto die 19 Febr. 1593, quod jam ſequitur, Regio nomine ad verbum repetitum est decretum diei 1 Maji 1566, quod ſupra vidimus (225).

Occurrit nunc die 31 Auguſti 1608 decretum, cujus auctorem non novimus; a parte Summi Imperantis vulgatum esſe, ſponte quisque videt; utrum autem ediderint ipſi Gubernatores Regii, Archiduces ALBERTUS et ISABELLA, an vero Curia Provincialis, affirmare non auſimus. Jusſit decretum anni 1608, *geene boeken te verkoopen in eenig ſterfhuis, zonder viſitatie* (226). Quodammodo ſimilia jam ſuo tempore obtinuisſe teſtatur ULPIANUS JCtus (227), asſerens, in judicium ſa-

(223) Additur *articulo* 1. decreti 11 Martii 1616. *op poene van f*300 *voor den Drukker, en f*20 *voor den Verhandelaar en Verkooper.*

(224) ANSELMUS, *l. l.* §§. 13, 14.

(225) Cf. *Tweeden Plac. B. v. Vlaend.* (T. II. totius operis) ed. prima. 1629. p. 24. — v. ZYPAEI *Notitia Juris Belgici cit.* L. IX. p. 293.

(226) ANSELMUS, *l. l.* §. 11.

(227) L. 4. §. 1. *ff. Fam. ercisc.* Ad hunc locum BUCHERUS Disſertationem conſcripſit.

familiae ercifcundae haud deducendos esfe *libros improbatae lectionis*, *magicos forte*, *et fimiles*, *fed aeque*, *ut mala venena*, *eos protinus corrumpendos esfe.* Quam fententiam pluribus exponit PAULUS JCtus (228).

Biennio poft, die 29 Januarii 1610, Curia Flandriae quod ad hanc Provinciam edidit decretum, repetens ex decreto diei 29 Aprilis 1550 et ex *art°.* 28 decreti diei 19 Maji 1570, *dat de Boekverkoopers de bij hun van buiten ontvangen boeken ten allerlangft 's anderendaags na derzelver aankomft ter vifitatie zullen aangeven bij den Officier hunner woonplaats.* — *Verder, die verbodene boeken inbrengen en ontvangen, worden gegeesfeld, met boete van f* 10 *voor elk boek, en eeuwig bannisfement op poene van de galg.* — *Die zulke boeken* 24 *uren onder zich behoudt, zonder ze den Officier gebragt te hebben, betaalt pecunieele boete, of andere, ter arbitrage der Magiftraat* (229).

Die 20 Februarii 1616 fequitur edictum Archiducum quod ad Flandriam, die 11 Martii ejusdem anni quod ad Brabantiam, utrumque ejusdem tenoris (230); praeter plura ex praecedentibus rurfus praefcripta, nova hacc-

(228) *Sentent.* Libr. V. tit. 23. §. 18.

(229) *Plc. B. v. Vl.* T. II. modo cit. pag. 17. ANSELM. *l. l.* §. 16, 18.

(230) Quod ad Flandriam placitum anni 1616 eft in *Plc. B. v. Vl.* T. II. p. 19. conftans articulis 17. — Quod ad Brabantiam, in *Placaten der Hert. v. Brabant fupra citt.* T. I. p. 473. articulis 18. ANSELM. *l. l.* §. 21, 22, 24, 26, 31—34, 42.

haecce jussa ei inerant: *Niemand mag geadmitteerd worden* (als Drukker en Boekverkooper), *ten zij hij geleerd hebbe de kunst van drukken en boekverkoopen, bij eenigen in eed zijnde; geëxamineerd door 2 Commissarissen, de een door den Bisschop, de ander door de Magistraat gesteld:* caeterum obediendum *artt[is]*. 1, 2, 3. anni 1570 (231). *Van de visitatie zijn uitgezonderd ordonnantien, huurcedulen, verkoopingsbrieven, en dergelijken* (232). (Decreto sequenti excipiuntur etiam *art*. 4. *motiven van regten dienende in procesfen van partijen.*) *Boeken van wijdloopige materien moeten, vóór ze gedrukt worden, van ons Octrooi hebben, niet alleen als ze op nieuw gedrukt, maar ook als ze veranderd en vermeerderd worden* (233). *Drukkers en Boekverkoopers mogen hunne boeken niet doen drukken in andere landen, ten zij ze te voren gevraagd hebben aan de Drukkers van Antwerpen, Loven en Douay, of iemand van hen het zou willen aanvaarden, op gelijken voet, conditien en fraaiheid, als geschieden zou in andere landen; 't welk aanvaard zijnde, zijn de Drukkers en Boekverkoopers aan hun verbonden, al ware het, dat het hun* 10, 15, *ja* 20 *pct. meer koste, dan buitens lands. En zoo het buitens lands gedrukt is, zullen Drukkers en Boekverkoopers even zeer daar voor moeten verantwoorden* (234). *Alle Drukkers moeten op het*

(231) *Art.* 2. (232) *Art.* 4. (233) *Art.* 5.
(234) *Art.* 6.

het eerfte of laatfte blad der boeken ftellen de acte van vifitatie en privilegie, ook den tijd en plaats van den druk, met de namen van de Drukkers, en den prijs, zoo als die gefteld zal zijn bij den genen, die daartoe gecommitteerd zal worden door die van de Wet der plaats (235). Pretium non ftatui posfe ab ipfis venditoribus, videtur durius. *De pakken met boeken van buiten komende en gevifiteerd zijnde, mogen zonder eenig onderzoek van materie, tijd of plaats van den druk, of ook van den naam des Drukkers, allerwege binnen deze Landen verkocht worden* (236). *Geene Kramers mogen aan de poorten der kerken of hoeken der ftraten verkoopen eenige boeken, liedekens, Almanakken, enz. maar alles moet gefchieden door gezworene Drukkers en Boekverkoopers, op poene van confifcatie, te verdeelen ⅓ ten onzen profijte* (i. e. fifco), *⅓ voor den aanbrenger, en ⅓ voor den executerenden Officier* (237). *Boeken, hier eerst gedrukt, daarna in de Vereenigde Provincien nagedrukt met ufurpatie van den naam des eerften Drukkers, zijn op gelijke poene verboden te verkoopen* (238). *Alle Boekdrukkers moeten voor hun huis hangen een teeken van drukkerij, 't zij een pers, of iets anders: en ter plaatfe daar groote koopmanfchap gefchiedt, zal voor den Vifitateur een redelijke loon gevonden worden, bij gemeene overeenkomst van de geenen, die*

(235) *Art.* 7. (236) *Art.* 11.
(237) *Art.* 12. *f. art.* 1. (238) *Art.* 18.

die met zulke koopmanschap omgaan (239). Interim mirandum, nec in hoc decreto, uti necesſario fieri debuisſet, nec in antecedentibus, ne verbo quidem memoratum esſe *Prototypographum* anni 1570: forte nimis odioſum viſum est Belgii Gubernatoribus, Albani ſuccesſoribus, hoc munus, quam ut diutius confirmarent: id ſaltem conſtat, decretum anni 1616 non loqui niſi de Viſitatoribus et commisſariis, qui dicuntur.

Pergimus nunc ad placitum diei 29 Octobris 1626, nomine PHILIPPI IV, Hiſpaniarum Regis, editum, proxime praecedentis repetitionem ſiſtens, paucis hisce additis: *Almanakken, Prognoſticatien en Kronijkjens moeten niet alleen gecenſureerd zijn, door den Geeſtelijken Cenſeur, maar ook in onzen Raad van Brabant, en om ze te drukken zal Octrooy verzocht worden voor zulken tijd van jaren als wij zullen goedvinden te behooren, — op poene van verbeurte der Almanakken en* 24 *Rhijnsguldens*, more ſolito dividendis (240). — *Ze mogen niet uitgegeven worden op namen van geſingeerde Meeſters, op pene van arbitrale correctie* (241). *Elk Drukker zal, telken jare goedstijds voor Kersmis* (i. e. ante initium novi anni; cff. quae diximus ſupra *nota* 15 *hujus Capitis*), *aan den Secretaris, die het Octrooy gedépêcheerd heeft, van elk auteur zoo vele Exem-*

(239) *Art.* 14.

(240) Cf. *art.* 5. *ſ. art.* 6. hujus placiti, quod est in *Plac. deb Hert. v. Brb. citt.* T. I. p. 476. — Cf. et ANSELM. *l. l.* §. 37.

(241) *Art.* 7.

Exemplaren zenden, dat de leden van onzen Rade elk één hebben (242). Hic numerus excedit longe illum, de quo in Belgio Septemtrionali fermo erat A°. 1803. (cff. quae §°. 4. *hujus Capitis* ad hunc A^{um}. in *notâ* dicemus).

Satis diu haec edicta effectum fortita videntur, quem fibi legislator propofuerat; nam placita fimilia abhinc per longam annorum feriem fruftra quaerimus.

Occurrit die 28 Februarii 1651 decretum, ab Archiduce LEOPOLDO GUILIELMO, filio FERDINANDI II, Imperatoris Germaniae, Gubernatore Hifpaniae, jusfu PHILIPPI IV. Regis, vulgatum, fiftens feveram prohibitionem edendi vel introducendi libros ullos JANSENII ejusque fectatorum, quippe Religioni Romano-Catholicae non convenientes (243). Delinquentes 1ª vice folvant *f* 300, 2ª autem per fexennium Belgium iis interdicitur. Sic enim ftatuit ipfe Rex in placito ampliori diei 1 Aprilis ejusdem anni, quod fecutum est aliud diei 18 Februarii 1654, praecedentia corroborans (244). Nunc autem a re Ecclefiafticâ ad aliud argumentum transeamus.

Invenimus die 20 Novembris anni 1662 normam (*reglement*) a PHILIPPO IV. petentibus Typographis et Bibliopolis Bruxellanis datam, qua obver-

(242) *Art.* 9.

(243) Jam anno 1642 Pont. Maximus URBANUS VIII. contra ejus libros Bullam vulgaverat; obierat autem JANSENIUS anno 1628.

(244) Reperitur haec feries in *Eerfte Deel van het 3de Plc. B. v. Vlaend.* (T. III. totius operis) 1685. pag. 69—76.

verſaretur parvis librorum ventilatoribus (*Kramers*), qui ſat diu magnam librorum molem clam vendiderant in detrimentum legitime admisſorum Typographorum et Bibliopolarum, eos ſubverterant, haereticasque opiniones ſparſerant. Ex eâ normâ nemo Bruxellis hanc artem exercere poterat, niſi ad Collegium (*Gilde*) Typographorum et Bibliopolarum ibi obvium admisſus esſet; (de qua re pluribus agemus, ubi de ipſis Collegiis *Cap.* III. erit ſermo). In fine additur: *Alle verſchillen en queſtien, die rijzen zullen ten opzigte van de Cenſuur der boeken, verkrijging van octroijen, overtredingen van privilegien, admisſien tot het ampt van boekdrukken of boekverkoopen, met al dat daarvan dependeert, zullen immediaat beſliſt moeten worden bij onzen ſouvereinen Raad van Brabant* (245).

Sequitur die 30 Aprilis 1667 placitum, Regis CAROLI II. nomine editum, querens, *dat dikwijls declaratien, manifesten, brieven of misſiven van advertentie gedrukt worden, eenige zonder titel zelfs, onder voorwendſel van gedrukt te zijn naar andere elders gedrukt, en geheel valsch; dat ook injurieuſe geſchriften, zoo wel voor Princen, als Theologie rakende, zonder viſitatie, cenſuur, en octrooy gedrukt worden*, ideoque jubens placita anteriora acrius et diligentius executioni dari; *verbiedende ook allen Boekdrukkers, eenige dier ſchriften te drukken, op* poe-

(245) *Art.* 10. hujus decreti, quod invenitur in *Place. d. Hert. v. Brb. citt.* T. IV. p. 48.

poene van f 300, confiscatie van hun winkel, en voor altijd uit deze Landen gebannen te worden (246); *verbiedende aan Boekverkoopers zulke schriften te verkoopen zonder visitatie en approbatie; en dat de ongevisiteerde boeken in hunne winkels, binnen eene maand zullen gevisiteerd moeten zijn*, iisdem poenis, folito more (i. e. ut in decr. 11 Martii 1616) dividendis (247).

Sept. inierunt Ordines, qui postquam 9 ex sociis hujus illustrisfimi Collegii sermonem de ea habuissent, 64 suffragiis probantibus, 4 reprobantibus (304), legis formulam probarunt, quae exinde, quo diximus die, a Rege lex promulgata fuit, et sic audit. — Art. 1. *De genen, die in hunne geschriften vreemde Souvereinen of Vorsten in hun personeel karakter hoonen of beleedigen, de wettigheid van hun geslacht en regering tegenspreken of in twijfel trekken, of hunne daden met hoonende of beleedigende woorden berispen, zullen voor de eerste reize worden bestraft met eene geldboete van f 500, of bijaldien zij niet in staat zijn dezelve te voldoen, met eene gevangenis van 6 maanden; — voor de tweede reize met eene gevangenis van 1 tot 3 jaren.* — Art. 2. *Dezelfde straffen zullen toepasselijk zijn op de drukkers, uitgevers, uitventers* (colporteurs) *en boekverkoopers, die de gemelde geschriften zullen hebben gedrukt, of in het licht gegeven, of doen drukken, of in het licht geven, voor zoo verre dezelve den schrijver niet zullen kunnen aanwijzen, met zoodanig gevolg, dat de laatstgemelden niet alleen in handen der justitie geraken* (305), *maar van het gepleegd misdrijf in regten kunnen worden overtuigd, en alzoo bestraft. Zullende de straf,* te-

(304) *Ibid.* 26 *Sept.*; deliberationes autem: *Staatsk.* 5, 7, 8 et 9 *Octobris.*

(305) Quod additum, quia hi Bibliopolae saepe opera Gallicorum auctorum, Gallico territorio degentium, edebant, qui auctores igitur a nostris politiae apparitoribus apprehendi non poterant.

tegen de drukkers, uitgevers en boekverkoopers te appliceren, gepaard gaan met intrekking van hun patent, en met verbod, bij de eerste overtreding, om gedurende den tijd van 3 *jaren, en bij herhaalde overtreding, gedurende den tijd van* 6 *jaren, eenig werk te mogen drukken of uitgeven, en in beide gevallen, met verbeurdverklaring der exemplaren van het verboden werk of geschrift.* — Art. 3. *Het zal noch aan de schrijvers of redacteurs, noch aan de drukkers, uitgevers of boekverkoopers tot eenige verschooning of verzachting kunnen verstrekken, dat de stukken of artikelen, waarover zij in regten mogten betrokken werden, door hen uit andere gedrukte werken of vreemde nieuwspapieren zijn overgenomen, getrokken of vertaald.* — Art. 4. *Alle officiële klagten en reclamatien van vreemde Gouvernementen, uit hoofde van geschriften, bij* art. 1 *vermeld, zullen door onzen Minister van Buitenlandsche Zaken directelijk worden gebragt ter kennisse van onzen Minister van Justitie, ten einde de bij dezelve betrokkene schrijver, redacteur, uitgever, uitventer, drukker of boekverkooper, zoo daartoe termen zijn, door den Prokureur-Generaal of den Officier van het publiek Ministerie, onder welken hij ressorteert, in regten vervolgd worde* (306). Saeculo praecedenti eadem in regione Hollandiae vetita supra vidimus a. d. 9 Decembris 1702 et 29 Maji 1744. Interim hac le-

(306) *Staatsblad voor* 1816. No. 51. Tres priores *artt.* refert DE GYS. *l. l.* p. 106—108.

lege ne quis nostri Regni incola, bene de patriâ cupiens, putet aditum sibi reclusum esse ad ea vulganda, quae bono publico inserviunt, nec credat, *art*. 227 Legis Fundamentalis sic vim inferri; minime gentium; sed quomodo ad bonum publicum ducere possunt injuriae in socios nostros? Scopus igitur hujus legis omnino probandus est.

Ultima quae ad nostram seriem facit lex, exiit die 25 Januarii 1817, quae tamen quippe de jure copiae aliisque eo spectantibus speciatim agens, pluribus a nobis tradita est suo loco, *Cap.* I. Est autem haec prima de re Preli et Librariae vulgata lex specialis in Belgii parte Meridionali, exceptâ eâ, quae agebat de libris Principes exteros laedentibus. Lex enim diei 24 Januarii 1814, quantum sciamus, post Regni creationem ad Belgas Meridionales translata non erat. Quatuor diebus post latam hanc Anni 1817 legem, die 29 ejusdem mensis tres Bibliopolae Bruxellenses, WEISSENBRUCH, *Imprimeur-Libraire*, DE MAT, *Imprimeur-Libraire*, et LE CHARLIER, *Libraire*, libello adierunt Senatum Ordinum Generalium, Bruxellis tunc sedentem, rogantes, ut onera graviora imponantur operibus Gallicis Regno nostro invehendis, quoniam in Galliâ gravissimis oneribus premuntur libri e Belgio advenae: Bibliopolis addentibus, sic juri talionis locum fore, ad quod legitime ducunt jura mercaturae cujusvis populi. Effectum autem nullum sortita est haec petitio (307).

In-

(307) Haec onera libris e Belgio advenis in Galliâ imposita videbantur esse eadem, quae statuerat NAPOLEON. Nam Imperatoris le-

Ineunte hoc anno, propter scriptum opusculum hebdomadarium Brugense, *le Spectateur Belge*, ex *art°*. 1 legis 14 Aprilis 1815, nunc primâ vice, saltem quod ad scripta, executioni missae, ad incarcerationem biennii condemnatus est auctor, Abbas DE FOERE; cujus rei notitia late propagata est: quum tamen proprie res sit specialis, deque iis non scribamus, hic verbo memorasse suffecerit.

Eadem valent de iis, quae pertinent ad Typographum Bibliopolamque Haganum, WALLEZIUM. Hic, sub finem ejusdem anni 1817, duorum Gallorum, jam inde a brevi tempore incolarum Regni nostri, GUYET et CAUCHOIS-LEMAIRE, scriptiunculam typis mandaverat, et ediderat, inscriptam: *Appèl à l'opinion publique*, de qua, utrum seditiosa quaedam contineret nec ne, utrimque multi in diversas abierunt partes. Id verum videtur, *indirecte* nisum satis magnum ad seditiones turbasque continuisse. At vero *art°*. 102 C. P. requi-

leges, Rege LUDOVICO XVIII reduce, non statim abolitae sunt, licet nonnullis deinceps paullulum derogatum sit. Statuerat autem primum, ut supra vidimus, *art.* 33. *periodo* 1. legis 5 Februarii 1810 vectigal introitûs libri non minus esse posse, quam 50 pro centum pretii operis: addiderat autem decreto 14 Decembris 1810 hanc explicationem: *Les livres étrangers ou nationaux imprimés à l'étranger en langue Latine ou Françaife, sont soumis à un droit de* 150 *Francs*, *pour* 100 *Kilogrammes pesant* (i. e. fere 200 librarum). Jam vero talis terra peregrina Ao. 1817 Belgium erat Galliae et libri *Gallis* advecti a Bibliopolis *Bruxellensibus* sine dubio Gallice, non Belgice, erant conscripti. Cff. quae habentur in *Collection des Lois, etc.* saepius cit. *p.* 50, in notis editoris VAN CLEEF.

quiritur ut quis puniatur, *qu'il ait excité directement, etc.* Verum haec hujus loci non ſunt. Tota quaeſtio noſtra huc redit, utrum WALLEZIUS propter exaratum ac editum opuſculum ex *art*. 4 legis 24 Januarii 1814, *j. argum. art*. 2 legis 28 Septembris 1816, et ex *art*. 284 C. P. teneretur de iis, quae contineret ſcriptiuncula, quamdiu auctores esſent cogniti, quorum tamen nomen libelli titulo non inerat (308). Reſponſum est, hoc caſu Typographum Bibliopolamque de libri indole non teneri; adeoque WALLEZIUS ineunte A°. 1818 abſolutus est.

Dum tota haec res, cum editoris WALLEZ, tum ſcriptorum GUYET et CAUCHOIS-LEMAIRE, penderet adhuc, ecce novum quid obtigit. Nonobſtante lege 28 Septembris 1816 de reprimendâ licentiâ Preli quod ad Principes exteros, ſcriptores complures vafris et aſtutis ratiocinationibus de ſententiâ ſcopoque legis cum ad verum delictorum criterium, tum ad perſonas, quas reas declarat, poenas ſibi minus graves reddiderant, vel iis ſe ſubduxerant. Hi infeſti homines, peregrinâ gente oriundi, exteros Principes tam quod ad earum perſonam, quam quod ad regiminis facta continuo laeſerant. Sic in literis, quas Regis juſſu Adminiſter Juſtitiae, VAN MAANEN, una cum novo ſchemate legis die 3 Februarii 1818 Ordinibus Generalibus tradidit, ſignificatur; por-

(308) Cf. *Memorie aan de Heeren leden der Kamer van beſchuldiging, bij het Hoog-Geregtshof te 's Gravenhage, ingediend, door* J. B. C. WALLEZ. *'s Gravenhage, Februarij* 1818, 28 pagg. conſtans.

porro aliunde notum est, nunc, aeque ac autumno anni 1816 Gallos permultos, novi Gallici regiminis pertaesos, inde in Belgium se transtulisse, atque maxime Bruxellis consedisse, ibique acria quam plurima in Galliam ejusque Regem scripsisse et edidisse. Nunc autem initio anni 1818 iterum ea de re graviter questus erat legatus, quem Gallicus Rex tunc temporis in aulâ nostrâ habebat, Marchio DE LA TOUR DU PIN; quo facto, ut Regi Galliae satisfieret, schema legis jussu Regis nostri prodiit, et ad Ordines perlatum est, delicta melius determinans, poenas adaugens, hujus tenoris. Art. 1. *Diegenen, welke in nieuwspapieren, periodieke werken, of in eenige boeken of geschriften hoegenaamd, vreemde Mogendheden, Vorsten of Souvereinen in hun personeel karakter beleedigen, de wettigheid van hun geslacht en regering tegenspreken of in twijfel trekken, op eene honende of beleedigende wijze zich uitlaten over derzelver daden, de door hen verordende inrigtingen, of over derzelver regering of bestuur, of betrekkingen en goede verstandhouding met andere Staten, Mogendheden, Vorsten of Souvereinen, of welker geschriften de strekking hebben, om de ingezetenen van de met dit Rijk in vriendschap zijnde Staten tot onrust, oproerigheid of ongehoorzaamheid tegen hunne wettige Overheden aan te zetten, zullen worden gestraft met gevangenis van één tot drie jaren, en bovendien, naar omstandigheden, kunnen worden verwezen tot eene boete van f 300 tot f 500.* Ecce *articulus* 1 praecedentis legis A[i]. 1816 accuratius expositus. — Art. 2. *Tot de straffen in het vorig* art.

art. *vermeld, zullen, naar mate van omstandigheden, mede worden verwezen, diegene, welke in eenige der in hetzelve* art. *bedoelde werken of geschriften zich schuldig maken aan lasteringen, beleedigingen, of beschimping jegens den persoon of het karakter van Ambassadeurs, Ministers en andere diplomatieke Agenten van vreemde Mogendheden, welke bij het Gouvernement der Nederlanden zijn geaccrediteerd, en volgens het regt der volken mogen staat maken op eene bijzondere bescherming van den Souverein, in wiens land zij zich bevinden.* En plane novum quid: totus hic *art.* additus erat in gratiam laesi legati DE LATOUR DU PIN. — Art. 3. *De drukkers, uitgevers of boekverkoopers van eenige der bovengemelde geschriften, zullen, wanneer zij eigenaars of mede-eigenaars daarvan zijn, of als de oorspronkelijke of eerste uitgevers tot het in het licht komen van dezelve hebben medegewerkt, gestraft worden met eene gevangenis van één tot drie jaren, en daarenboven met verbeurdverklaring en vernietiging der exemplaren van het werk of geschrift, en met intrekking van hun patent, verzeld van het verbod, om, gedurende eenen tijd, gelijk staande met het dubbel van de hun opgelegde gevangenis-straf, eenig werk te mogen drukken, uitgeven of verkoopen.* — Art. 4. *De drukkers, welke alleen hunnen arbeid leenen tot het drukken van eenige der bovengemelde geschriften, zonder eenig deel te hebben aan derzelver verkoop of verspreiding, mitsgaders de boekverkoopers en andere perso-*

fonen, *welke dezelve niet voor eigen rekening*, *maar voor rekening van een ander*, *of in kommissie verkoopen*, *zullen gestraft worden met de straffen in het vorig* art. *gestatuëerd*, *voor zoo verre namelijk dezelve drukkers*, *boekverkoopers of uitventers*, *den schrijver of eersten oorspronkelijken eigenaar niet zullen kunnen aanwijzen*, *met zoodanig gevolg*, *dat dezelve niet alleen in handen der Justitie geraken*, *maar ook van het gepleegd misdrijf in regten kunnen worden overtuigd en gestraft*; *zullende echter ook in dit geval altoos de bij hun gevonden wordende exemplaren worden verbeurdverklaard en vernietigd.* — Art. 5. *Bij herhaalde overtreding zullen de misdrijven*, *in de voorg.* artt. *opgenoemd*, *worden gestraft met gevangenis van drie tot vijf jaren*, *en bovendien met eene boete van f* 500, *verbeurdverklaring en vernietiging der exemplaren van het werk of geschrift*, *en met intrekking van het patent voor altijd*, *en verbod om immer verder eenig werk te mogen drukken*, *uitgeven of verkoopen.* Hi *artt*. plane differebant ab *artt.* 1 et 3 legis praecedentis, quibus tamen superstructi erant. — *Art.* 6, erat idem, qui legis anni 1816 *art*^us^. 3, sed deërant nunc verba: *door hen.* — *Art.* 7 erat praeced. legis *art.* 4, sed mutatis hisce: *geschriften bij* art. 1 *vermeld* in *de in deze wet bedoelde geschriften*; et: *schrijver*, *redacteur*, *uitgever*, *uitventer*, *drukker of boekverkooper* in *schrijver*, *drukker*, *uitgever of boekverkooper.* — In fine additum: *En worden bovendien onze Prokureurs-Generaal en Officieren van het publiek*

bliek Ministerie wel ernstelijk gelast, om ex officio, en zonder eenige klagten of reclamatien van een vreemd Gouvernement af te wachten, diegene, welke zich aan de misdrijven, in deze wet omschreven, schuldig maken, in regten te vervolgen (309). — Postquam schema traditum esset, die 20 Februarii deliberationes inierunt Ordines adeo diuturnas, ut cum sessione matutinâ rem absolvere non possent, vespertinam ejusdem diei ei addere deberent, donec, multis in utramque partem a 17 ex sociis disputatis, 36 suffragiis probantibus, 39 reprobantibus, schema rejiceretur, atque ex Rege peterent Ordines, ut acrius de eo secum deliberaret (310). Remansit itaque lex 28 Septembris 1816 ad hunc usque diem, quum alia nulla posthinc proposita sint schemata. Interim multitudo scriptionum in Galliam injuriosarum nunc aliquatenus penes nos imminuta videtur.

Ecce *hac* §. exposita conditio jurium ab anno 1810 ad hoc usque tempus per universum Belgium, primum Gallia, deinceps GUILIELMO Auriaco parens, constitutorum. Quantum inter se discreparint, utra conditio praeferenda sit, aequo lectori dijudicandum tuto relinquimus.

Tributa, quae inde a rerum conversione Typographis Bibliopolisque incumbunt, jam ad annum 1805, §. 4 exposuimus, supra, *pag.* 252.

De-

(309) Schema legis habet *Novella Harlemensis* diei 7 *Februarii* 1818.

(310) Cf. *Staatsk*, 4, 18, 21 et 22 *Februarii*.

Denique absoluto toto jure *constituto*, non abs re erit hic memorare partem eorum, quae hactenus ad jus *constituendum* possunt referri, quippe deprompram ex Schemate novi Codicis Criminalis, A°. 1814 a peritissimis JCtis exarati, et post deliberationes brevi de eo instituendas et habendas, abrogato tunc demum Juris Criminalis Codice Gallico, patriae nostrae dandi. Hoc schema, moribus nostris longe magis adaptatum, quam Codex, quo nunc adhuc fruimur, quippe Codicem Ludovicianum multis in locis secutum, imo ei quasi fundamento superstructum, mihi quod inspiciendum dederit KEMPERUS, V. Cl., Praeceptor meus aestumatissimus, unus ex ipsis schematis auctoribus, hic publice gratum significo animum. Ad scopum nostrum faciunt *sqq.* ejus *articuli*. *Libri* II *Titulo* 2, *de rebellione seditiosâ, vi et laesione auctoritatis publicae*, reperimus *art*^um^. 168, ad verbum referentem *art*^um^. 86 Codicis Ludov. (de quo supra *p.* 254), atque, uti in *art*. 86 repetitur poena *art* 85, sic nunc *art*^us^. 168 poenam *praecedentis art* repetit. — Porro *Art*. 171. *Allen, die voorbedachtelijk openlijke daden plegen, of alzoo gedrukte of ongedrukte geschriften, teekeningen of prenten maken, aanplakken, doen aanplakken, verspreiden of doen verspreiden, regtstreeks, enz.*; jam pergit, ut *art*. 89 Cod. Lud. (supra *p.* 255); *zullen gestraft worden met te pronkstelling, of met gevangenis of bannissement, te zamen of afzonderlijk niet te boven gaande den tijd van 6 jaren*; ultima verba rursus eadem sunt, quae habet *art*^us^. 168, et C. Lud. *art*. 86. — *Art*.

Art. 172. Eadem quae C. L. *art.* 90, usque ad verba: *in het licht geven* (ſupra *p.* 255); jam ſequuntur: *zonder dat eenige allegatie van onbekend te zijn met den inhoud dier geſchriften hen van de ſtraf zal kunnen bevrijden.* — *Art.* 173 plane idem est, qui *art.* 91 C. L., recte omisſo unico verbo *drukken*, quum hujus *artⁱ.* *initio* de Typographis nil dictum esſet (ſupra *p.* 255). — *Art.* 174, qui convenit *art^o*.92 C. L., excepto, quod in fine: *nagenoeg dezelfde ſtraffen.*, mutatum ſit in: *dezelfde ſtraffen* (ſupra *p.* 256). — Sequitur jam ejusdem *Libri* II *Titulus* 6, *de injuriis et calumniis*, in quo *art^{us}*. 254 plane convenit *art^o*. 166 C. L. (ſupra, *p.* 256), atque uti in *art^o* 166 C. L. reſpicitur ad poenam *artⁱ*. 164, ita hic, *art^o*. 254, praeſcribitur eadem poena, quae *art^o*. 252. — *Art^{us}*. 255 tandem ad verbum *art^{um}*. 167 C. L. refert (ſupra, *p.* 256, *ſq.*); ita ut ne et hoc quidem reſpectu ullum fere quid continuisſe videtur Codex Ludovicianus, quod componendi novi ſchematis Codicis auctoribus displiceret. Denique ratio, quare de contrafactione etiam in hoc ſchemate nil dicatur, haec, aeque ac in C. L. *art^o*. 7, ita hic, *art^o*. 8, redditur, qui ſic audit: *Door dit Wetboek worden niet afgeſchaft de navolgende wetten, reglementen of voorzieningen, voor zoo verre die ten jare* 1810 *beſtonden, of na den* 1^{en} *Dec.* 1813 *zijn vaſtgeſteld:* ubi numeris 9 et 10 citantur et excipiuntur leges, quas Codicis Ludov. *locus laud.* exceperat n°. 12 et 13 (ſupra *p.* 257), dum tamen n°. 10 omittitur vox *Gilden*, quae in C. L. *art.* 7. n^o.

n°. 13 aderat; omisſionis cauſa nos non fugit, quum *Gildae* nunc plane abrogatae ſint, ut *Cap.* III videbimus. At hae *artⁱ*. 8 exceptiones, non plane in Belgium Meridionale quadrant, ſaltem non de legibus ante annum 1811 conſtitutis intelligendae ſunt, quum vel tunc jam Gallis pareret, ut ſupra vidimus. Imo nequaquam miremur, ſi hanc ob cauſam hic ſchematis *articulus*, antequam evulgetur, aliter redigatur, vel quodammodo mutetur. Id conſtat, *artⁱ* 8 exceptionibus modo traditis, ſi promulgentur, confirmatum iri in Belgio Septemtrionali leges, quas tradidimus huc usque, annorum 1814, 1815, 1816 et 1817; Belgis Meridionalibus leges annorum 1816 et 1817. — Interim nondum certe ſcimus, *articulos*, quos retulimus, omnes ad verbum eosdem proditturos, ſi Codex novus Poenalis nobis praeſcribetur, quum, licet, menſe Januario et Februario hujus anni Conſilium Status (*de Staatsraad*) de hoc Codice deliberaverit, atque multas quaeſtiones a ſingulis ejusdem Conſilii ſociis propoſitas ſolverit, Codex tamen, poſtquam a parte eorumdem conſiliariorum de novo examen (*nadere redactie*) ſubierit, ad Ordines Generales referendus erit, ut et hic probetur, donec Regis erit, ſanctionem promulgationemque addere; opinamur igitur Codicem hic illic non parum mutatum iri. — Interim vix ac ne vix quidem veniam nobis dabunt viri rerum periti, ſi antinomiam quamdam adfuturam putemus, ſi quando plane probentur Codicis articuli relati, antinomiam nempe inter hypotheſin articulorum quorum.

rumdam fchematis, et inter legem quamdam a Rege noftro promulgatam. Ex fchematis *articulis* 172, 173, 255, videntur puniendi non folum auctores, verum et eodem tempore Typographi Bibliopolaeque; interim quid habet *art*ᵘˢ. 2 legis 28 Septembris 1816? *Dezelfde misdaden* (artᵗ. praecedentis) *zullen toepasfelijk zijn op de drukkers, uitgevers, uitventers en boekverkoopers, die de vermelde gefchriften zullen hebben gedrukt, of in het licht gegeven, of doen drukken, of doen in het licht geven*, VOOR ZOO VERRE DEZELVE DEN SCHRIJVER NIET ZULLEN KUNNEN AANWIJZEN, MET ZOODANIG GEVOLG, DAT DE LAATSTGEMELDEN NIET ALLEEN IN HANDEN DER JUSTITIE GERAKEN, MAAR VAN HET GEPLEEGD MISDRIJF IN REGTEN KUNNEN WORDEN OVERTUIGD, EN ALZOO BESTRAFT. En, ipfa haec ultima verba WALLEZIO (de quo fupra) praefidio fuere eique excufationem praebuere in fcriptiunculâ fuâ, *Memorie enz.* (citatâ in *notâ* 308), *p.* 22; imo *pag. fq.* fubjungit *art*ᵘᵐ. 4 legis 24 Januarii 1814, non minus perfpicuum: *Een ieder is verantwoordelijk voor hetgeen hij fchrijft, drukt of uitgeeft;* INDIEN DE SCHRIJVER NIET BEKEND IS, *of aangewezen kan worden*, IS DE DRUKKER ALLEEN AANSPRAKELIJK. — Jam licet uterque cafus, cum fchematis Codicis, tum legis anni 1816 paullulum inter fe differant, atque alter de fcriptis feditionem foventibus, ad eam-

que incitantibus, vel injuriis conviciisque aliquem lacessentibus agat, alter scripta, quibus laeduntur Principes exteri, quique ad eos pertinent, coërceat, tamen non ea videtur differentia, ob quam prioribus casibus propter libri indolem auctor, Typographus et Bibliopola simul, posteriore solus auctor puniatur, Typographus autem ac Bibliopola, non nisi ubi auctor lateat, atque inveniri judicique tradi nequeat. — Suspicamur quidem, quaenam sint, quae impulerint schematis auctorem, ut *articulos* 3, 4 et 5 schemati legis recentiori *de laedendis Principibus exteris*, mense Februario anni 1818 reprobato et supra a nobis tradito, insereret, atque legem 28 Septembris 1816 mutaret. Illi enim *articuli*, etsi lex quidem scripta, non tamen lata sit, appropinquare videntur ad eos, quos schema Codicis habet, *artt*. 172, 173, 255. — Quidquid sit, nobis non videtur aequum, Typographum atque Bibliopolam propter indolem puniri, si adhuc aditus pateat liberrimus ad auctores, qui libros scripserint; Bibliopolae enim et multo minus etiam Typographo imputari potest, quod librum, sibi ab auctore ad typis mandandum edendumque traditum, non integrum legat, metu ne quaedam contineantur, quibus seditionem promovere possit, aut injuriis quosdam prosequatur auctor. Eodem tendunt et nullam aliam vim habent, quae continet *artt*. 284 Codicis Poen. Nap., ubi n°. 3 a poenâ propter libri indolem liberatur, et non nisi poenis politiae *artt*. 475 subjicitur (quia *suum* nomen indicare neglexerit) Ty-

Typographus, qui nomen auctoris scriptiunculi anonymi indicaverit. Typographus et Bibliopola unice ob libri indolem puniri posse nobis videntur, ubi libros culpandos anonymos, quorum auctores innotescere nolint, aut forte lateant, exarent, edantque: si enim auctor lateat, aliquis adesse debet, qui delinquens spectari possit, et nunc ni caveant, habent Typographus et Bibliopola, quod sibi imputent. — Forte tamen quis *h. l.* objiciet: qui opus quoddam primus edit, atque hinc jure copiae possidet (non qui illud deinceps emerit), eâdem plane poenâ plectendus est, sive auctorem nominet ac proclamet, sive id non faciat, quia seditiosarum scriptionum auctor non semper omnium maxime delinquit, quum Bibliopola saepe eum ad editionem incitet. Huic tamen respondemus, 1°. hunc casum non nisi rarius obtinere, ideoque Bibliopolam poenâ non esse afficiendum in casibus illis frequentissimis, quibus ipsius auctoris vota exsolvens, a suâ parte scriptorem ad editionem non instigans, librum non lectum, solo titulo viso, edat; 2°. etsi ita de *Bibliopolâ* juris esse debere forte censerent, qui sic objiciunt, tamen nos ideo *Typographorum* culpam nullam videmus, quum, ut modo jam monueramus, Typographus multo minus, quam Bibliopola, cogi possit, ut librum legat, quem typis daturus est: exemplum est in libris Latine scriptis, quam linguam permultos in patriâ Typographos non callere, persuasum nobis est.

Hisce

Hifce de Typographorum et Bibliopolarum juribus quod ad librorum editionem *hoc Capite* propofitis, traditâque amplâ edictorum legumque patriarum ferie, fere ab artis Typographiae incunabulis inde, ad noftra usque tempora, tandem fubfiftimus, quum de ipfâ conditione, quâ Typographi et Bibliopolae in urbibus noftris olim verfati et gavifi fint, quaedam *fequenti Capite* fint addenda.

CA-

CAPUT III.

DE JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM BELGICORUM IN COLLEGIIS SUIS, *Gilden* DICTIS.

Antequam de fpeciali Typographorum et Bibliopolarum Gildâ dicamus, generaliora quaedam praemonenda videntur de notione, naturâ, indole Gildarum omnium in univerfum, ut fic hujus opificum et artificum ordinis confpectum meliorem et accuratiorem habeamus, atque inde ad *noftra* Collegia, five Gildas, earumque jura transeamus. Quae autem §° 1° monebimus, tantum quafi praeparatoria erunt ad ea, quae §. *fq.* de unico Gildarum genere dicenda nobis propofuimus; igitur §° 1° quae dicentur, breviter et quafi obiter, faltem non numeris fuis abfoluta tradi pofse, quisque perfpiciet: erunt quafi generaliora lineamenta, quae in Gildam fpecialem, §. 2 tractandam plerumque quadrant.

§. 1.

De Gildis in universum.

Hic autem nil antiquius habemus, quam vocabuli definitionem tradere, ut bene pateat, quid sit id, de quo nobis hic sermo erit.

Sunt Collegia Opificum, sive Gildae: „ Coetus et „ conventus plurium hominum publice aut priva- „ tim, negotiationis, vel opificii causâ in unum „ congregati; certisque legibus ac pactionibus inter „ se adstricti et consociati." (1).

Quae de Gildarum Historiâ habemus, ita dividimus, ut primum de *exteris*, deinceps de *patriis* loquamur.

a. De Gildis exteris.

Vestigia omnium prima Gildarum (non nomine tenus, quippe quod ex medio aevo derivandum, sed re ipsâ) apud cultiores gentes antiquas deprehen-

(1) Cf. J. L. H. VAN WASSENAER, in *Dissert. de Collegiis et Corporibus ad ff. L. XLVII. Tit.* 22. recusa in FELLENBERGII *Jurisprud. Ant.* T. I. p. 402, *sqq.* — Collegiorum definitio occurrit *l. l.* p. 415. — DUMBARIUS Gildas definit: „ gevestigde zamen- „ ningen (*zamenkomsten*) van burgeren, één en dezelfde nering „ of koophandel drijvende, of één en dezelfde kunst oefenende, „ of één en hetzelfde handwerk doende, en aan zekere wetten „ gebonden." *Kerk. en Wereldl. Deventer.* T. I. c. 8. cit. in *Gebruiken, Ordonn. en Statut. v. Middelburg.* 1771. p. 115.

hendimus. Variis nominibus tunc insigniebantur; *Graecis* cognita erant nomine *ἑταιρίων*; est autem *ἑταιρία* sodalitium, consortium. Sic dicuntur in lege SOLONIS notissimâ, quae occurrit in *l.* 4. *ff. de Coll. et Corp.* quae lex statim nos ducit ad ea, quae hac de re Romanis fuere propria.

Apud *Romanos* haec consortia in usu fuisse, non solum testatur allegatus Pandectarum Titulus, sed et probant loca scriptorum Romanorum multa, complures inscriptiones lapidariae, aeneaeque, etc. Dicebantur iis *Collegia*, sive *Corpora Opificum*; ita enim a scriptoribus promiscue vocantur, licet alii distinctionem quamdam inter has voces agnoscant (2). A NUMÂ complura opificum genera in corpora sunt redacta, atque tractu temporis vicissim saepius abolita sunt, si in pejus ruerent, et juribus suis abuterentur: saepius iterum restituta, donec inde ab ALEXANDRI SEVERI temporibus illibata steterint (3).

Haec de antiquis; transeamus ad recentiores populos. Postquam nox aterrima et ingens medii aevi barbaries paullatim disparuissent, artesque ac doctrinae cultores invenissent, opificum numerus apud cul-

(2) VAN WASSENAER *l. l. Cap.* I. *Operis Fellenbergiani* pag. 403, sq. Distinctionem etiam indicare videtur inscriptio tituli ff. modo citati.

(3) Qui plura de Collegiis Opificum apud Romanos legere velit, adeat saepius citatam WASSENAERII Dissertationem, et celeberrimi J. G. HEINECCII *Opusculorum Variorum Sylloges*, *Exercitationis* IX. *parte* I. *de Origine et Juribus Collegiorum et Corporum apud Romanos.*

cultiores Europae populos in dies auctus est, in tantum, ut hic illic opifices iterum in Collegia se conferrent, quibus Germani, Angli, Belgae novum jam nomen *Gildarum* dabant.

Atque hujus loci est, hujus vocis etymologiam indicare. Sumpta est ex linguâ Saxonicâ, cujus vestigia in Germanorum, Belgarum, Anglorum linguâ hodiernâ reperiri testantur eruditi. Saxonicum *Gild* primum secundum WACHTERUM (4) significat *tributum*, tum *tributum voluntarium*, *pecuniam* quamdam a volentibus in Collegiis collectam, a sociis praestitam et in sociorum usum adhibitam (*Gild* cum nostro *Geld* convenire, cuivis perspicuum est): denique hinc nomen *Gild* ipsis hisce Collegiis et sodalitiis opificum inhaesit. — Similiter DU FRESNE DU CANGE (5) dicit: *Gilda* i. e. fraternitas, sodalitium, contubernium, curia, collegium, ex Saxonico *Gild*, vel *Gildum*, solutio, praestatio, quod qui ejusmodi fraternitates ineunt, pecuniam ad communes usus conferunt et exsolvunt; dicuntur et *Gildia* atque *Gildiales*, item *Uniones*, et *Artes*, quae omnia citat DU CANGE, *l. l.* Dicebantur et *Officia* (5*). — Alii vocem derivant a Salico *laden*, unde superest Germanica vox laden, i. e. *convocare*, quae tamen derivatio veritati minus convenire videtur. Reliquos derivandi modos praeterimus.

Ger-

(4) In *Glossar. Germ.* in v.

(5) In *Lex. Med. et Inf. Aet.* in v.

(5*) Cf. BEKA, citatus in C. BURMANNI praefat. ad *Annales Traject.* pag. XX.

Germanis Collegia Opificum alia deinceps fortita ſunt nomina, quum ibi *Zünfte* (6) et *Innunge* (7), item *Aemter* et *Gerechtigkeiten* dicta ſint.

Anglice audiunt *Guilds*, *Companies*.

Gallice *Confréries*, *Communautés*, *Compagnies*, *Corps de Métiers* (8), *Corps d'Arts et Métiers*, *Jurandes* (8*).

Belgis, *Gilden*, et ante duo Saecula *Broederſchappen.*

Haec de nominibus recentioribus; ad hiſtoriam revertamur.

Reſtitutio Collegiorum Opificum, quum Medii Aevi caligines paullatim dispergi coepisſent, non in omnibus Europae regionibus eodem tempore locum habuit, neque etiam omnes ejusdem regionis, ejusdemque urbis Gildae eodem anno formatae ſunt.

Cito Europam perluſtremus. In ſola *Italiâ* numquam cesſarunt, verum a Romanis ad ipſos Italos transiata ſunt (9): qua in re Italia ab univerſâ reliquâ Europâ differt.

In

(6) Hanc eandem vocem dicunt quam Lat. *juncta*, qua indicantur hic coetus et congregationes. Literae autem z et j medii aevi lingula permutabantur.

(7) *Innunge* ſive *Einunge* ab intimâ Sociorum conjunctione dicta: quocum cohaerent vocabula Germanica *ein*, *vereinen*, *einig*.

(8) Cf. *Encyclopédie*, *Yverdon* Ao. 1772. T. X et XI. in vocibus tribus poſterioribus.

(8*) MERLIN *Répert. de Jurispr. cit.* in utrâque voce.

(9) Cf. K. H. RAVII liber *über das Zunftweſen, und die Folgen ſeiner Aufhebung. Leipzig*. 1816. pag. 13—29 paſſim.

In *Germaniâ* enim demum Saec. XI et sq., increscentibus in dies urbium vi, potentiâ, auctoritate, fieri non potuit, quin reviviscerent Collegia Opificum (10).

Quod ad *Galliam*, prima mercatorum opificumque Collegia atque congregationes, nomine *Confréries*, condidit LUDOVICUS IX sive Sanctus, Lutetiis Parisiorum, A°. 1268 (11).

In *Hispaniâ* ante Saeculum XVIII Gildas obtinentes invenimus (12). Jam dudum antea vero eas ibidem obtinuisse, omni caret dubio.

In *Angliâ* medio Saeculo XVII jam exstiterunt (13).

In *Poloniâ*, et *Helvetiâ* etiam adsunt; tempus autem, quo conderentur, non invenimus.

In *Russiâ* non adsunt Gildae; forte quia quo magis ibi augerentur, Saeculi XVIII lapsu, industria atque opificiorum multitudo, eo frequentius nec non eâdem ratione principia libertatis, quibus obstare

(10) Qui de Germanicis Gildis notitiam omnibus numeris absolutam acquirare velit, conferat HEINECCIUM, modo citatum, *Exerc. laud. part.* 2. quae inscribitur de *Collegiis Opificum in Germaniâ.* — Item RAVIUM *l. l.* p. 13, item 30—45 passim.

(11) VELLY *Hist. de France*, T. V. p. 298. HÉNAULT *Abrégé de l'Hist. de France, ad hunc annum*, T. I. p. 234. MERLIN *Répert.* cit. in v. *Corps des Arts et Métiers*.

(12) Cf. Oeconomus Politicus Hispanus peritissimus, DE CAMPOMANES, in libro, Belgice verso, *over de gemeene Industrie in Spanje*, *Utr.* 1780. p. 121, sq.

(13) Cf. quae infra dicemus, *notâ* 105.

ftare dicebantur Collegia haecce, fe extenderunt.

In *Daniâ* ac *Succiâ*, etiam Gildas nullas invenimus.

Sub finem Saeculi praecedentis principia multis in regionibus praevalentia liberaliora hic illic abolitionem Gildarum effecerunt; interim aliis in regionibus, v. c. in Angliâ, Germaniae parte, Helvetiâ, nunc adhuc exftant; in aliis, ubi abolitae funt, in quibus Belgium, Gallia, et Germaniae pars infignis, acriter a nonnullis petitur reftitutio. At haecce praeterire cogimur. Superest unica regio, de quâ *hac* §. non locuti fumus, *Belgium* nempe; de eo enim fequenti loco feparatim agendum est.

β. *De Gildis patriis.*

Hic monendum, ea, quae hoc loco venient, maxime fpectare Gildas urbium Belgii Septentrionalis, five Foederati, quum ea, quae ad tractus Belgii Hifpanici five Auftriaci pertinent, ob Hiftoricorum urbanorum defectum indagare non audeamus (14). Variis autem capitibus rem tractemus.

1.

(14) Urbium enim Belgii Hifpanici defcriptiones edidere non multi; quos autem adivimus, ex. gr. C. SCRIBANIUS in *Antverpia*, Antv. 1610, forma 4ta; JCtus Namurcenfis, GALLIOT, in *Hiftoire Générale, Ecclésiaftique et Civile de la Ville et Province de Namur. Liège.* 6 voll. in 8vo, 1788—1791, alii pauci, de Gildis plane tacent.

1. *Origo Gildarum.*

Gildas formabant opifices (15); ſic generatim, non tamen ubivis obtinebat, et hinc diſtinguendum inter *Ambacht* et *Gilde*, (quae dicuntur), ut inter genus et ſpeciem. Quicunque cives ad ordinem opificum pertinentes, aliquod exercebant opificium, ſive *ambacht;* non tamen hi omnes formabant vel efficiebant Gildas, varias ob cauſas, vel quia unâ in urbe non tanta erat copia opificum, qui eodem fungerentur munere, vel ob alias cauſas. Hinc numerus opificiorum ſimplicium (*ambachten*) excedebat ſemper Gildarum quantitatem.

Gildae in Belgio univerſo varia vario tempore exſtiterunt. Si opifices ejusdem artis et fabricandi generis ſat magno numero quadam in urbe habitabant, a Magiſtratibus urbanis veniam impetrabant conſociationem, ſive Gildam, formandi; petitio ratum ſemper ſortiebatur effectum, quia hinc plura bona, etiam quod ad opera conficienda, profluebant, quippe quum nemini ad Gildas aditus pateret, niſi qui ſatis peritiae posſideret, ut ſpecimen ar-

(15) Loquimur ubivis de iis Gildis, quae opificiis conſtruendis vacabant. Erat autem et aliud Gildarum genus olim his in terris obvium, quarum Socii religionis cauſâ conveniebant, preces fundebant, altaria ſibi condebant, in quibus *misſam* celebrabant, quales ante Reformationis tempora non rarae aderant, et de quibus agit pluribus WAGENAAR *Beſchr. v. Amſt.* IX. 66. quas tamen ad noſtrum inſtitutum minime pertinere, ideoque ſilentio praetereundas esſe, nemo non perſpicit.

artis suae proferre posset; quod si fieret, socius assumebatur. — Gildis igitur singulis deinceps constitutis consequens est, eas, quae maxime necessaria opificia construebant aut operas exercebant, primo loco ortas esse; postea, quae luxuriei augendae et incitandae inservirent, atque quas mercatura in dies crescens, vel inventio et usus novorum instrumentorum postularent (15*).

Prima Gildarum (aut Fraternitatum, ut Gallorum imitatione a voce *Confréries*, apud nostrates dicebantur, *Broederschappen*) vestigia in Belgicis regionibus reperimus Saec. XIII ineunte (16).

A°.

(15*) Ne quis tamen putet eandem et aliis in terris hisce Collegiis fuisse originem eundemque progrediendi modum; sic T. III. Capp. 3 et 16 egregii operis sui, *Esprit, origine et progrès des Institutions Judiciaires des principaux pays de l'Europe. La Haye* 1818 et 19, MEYERUS pluribus scribit, in Gallia urbes multas sensim sensimque, Saec. XIV et sq. nexum feudalem respuentes, Regi se tradidisse, atque sic (*en recevant des lettres de franchise de la part du Roi*) Collegia sibi constituisse varia, quibus generale nomen *Communautés*, inter quae permulta Opificum Collegia (*Corps de Métiers*), quibus Reges, Saeculis sqq., ut sibi caverent a Magistratuum urbanorum auctoritate increscente, dedere privilegia permulta, v. c. HENRICUS III, Ao. 1581.

(16) Exstant apud VAN MIERIS *Groot Chart. B. der Grav. v. Holl.* hic illic vestigia, jam Saeculo XII Gildas adfuisse, quae loca et ideo allegantur in *Costumen, enz. van Middelb.* cit., p. 115. Non tamen hae Gildae hujus loci sunt: primum enim exemplum occurrit in MIERISII *Opere laud.* T. I. p. 82. in Epistola Ecclesiae Trajectinae de TANCHELINO, qui initio Saeculi XII in Belgio novas res religionem quod attinet, docuit, et de quo Belgice peculiarem tractatum scripsit V. Cl. H. G. TYDEMANNUS, *over den Nederland-*

A°. 1200 Comes DIDERICUS VII ejusque uxor ADELHEIDA literas Gildales miserunt Gildae pannis laneis conficiendis vacanti, Dordraci, Hollandiae urbe antiquissimâ, degenti (*Wantsnijders* of *Lakenkoopers-Gilde*). — A°. 1276 et sq. ibidem jura, *Handvesten* dicta, data sunt Gildae textorum lanariorum (*Wollewevers*) (17). Cum sat magna esset mercatura hanc urbem inter et Brabantinos Flandrosque, verosimile est ab hisce Hollandos, et primo loco Dordracenos Gildas accepisse, et imitatos esse.

Trajecti ad Rhenum eodem anno, quo Lutetiae Parisiorum, i. e. A°. 1268, institutae sunt Gildae prio-

landschen Aartsketter, uit het begin der XII. Eeuw, TANCHEAYN, *of* TANCHELM. Locus Epistolae Ecclesiae Trajectinae, quae ad annum 1112 se refert, et TANCHELINUM haereseos accusat, sic audit: „ Unus ex TANCHELINI asseclis (faberferrarius, nomine MANASSES) Fraternitatem quamdam, quam „ Gilda vulgo appellant, instituerat, etc." Non autem fuit haec Gilda Opificum, sed coetus religionis causâ formatus, quales in *not.* 15 a scopo nostro exclusimus. — Alter locus MIERISII, Gildas adfuisse in Belgio, sive in ejus fines, Saec. XII, occurrit *ibid.* T. I. p. 124. Occasione certaminis ludicri (*toernooispel*) Ao. 1179 a FLORENTIO III, Hollandiae Comite, Coloniae Agrippinae dati dicitur in festi narratione: „ distributis per singulas sodalitates, sive „ communitates, aut Collegia Artificum, negotiatorumque singulis „ plaustris farinae et vini." Jam haec Collegia iis, de quibus dedità operâ hoc *Cap.* loquimur, sunt simillima; quum autem Colonia proprie extra Belgii fines sita sit, hoc exemplum ad nostrum propositum minus facere videtur.

(17) Cf. VAN DE WALL *Handv. en Privil. van Dordrecht*, Part. I. p. 295.

priores (18); qua in urbe id fingulare olim obtinuit, quod Magiftratus urbani annui non nifi a Gildis eligi poterant; cum autem nemo inter hos Magiftratus locum obtinere posfet, nifi qui et civis esfet ejus urbis (quod pluribus in civitatibus ex confuetudinibus noftris obtinuit), fimul conftitutum est, neminem civem esfe posfe, nifi huic vel illi Gildae fe focium adfcribi pateretur, et bene conficiendo peritiae fpecimine in Gildis naturâ fuâ fpecimen admittentibus (quod tamen nobiliores pecuniâ quadam folutâ redimebant) hoc nomen meritus esfet. Ex hisce inftitutis fluxit, nobiliores complures nomen fuum cuidam Gildae dedisfe (19), rectores civitatis etiam ab ipfis Gildarum fociis eligi potuisfe et conditionem Gildarum per focios hosce illuftres fplendidiorem et infigniorem redditam fuisfe. Hunc eligendi modum Trajecti ad Rhenum olim obtinuisfe patet ex literis Gildalibus annis 1304 et fequentibus datis (20). Imo per omne tempus, per quod haec urbs *feculari* Epifcoporum dominationi pareret, i. e. donec cives CAROLUM V Principem anno 1528 agnofcere deberent, duravit haec Magiftratuum electio. Poftquam autem haec Magiftratuum electio Gildis adempta esfet, recte e contrario ftatutum est, nullum

(18) *Tegenw. Staat van Utrecht*, T. I. p. 56 et 493. *Conf. v. Mied. l. l.*

(19) Sic in Angliâ Gentis Regiae complures, ad captandam populi benivolentiam, Gildis fe focios adfcribi pasfi funt.

(20) Hae literae Gildales occurrunt apud VAN DE WATER in *Utr. Plc. B.* cit. T. I. p. 67—92.

lum esse posse Gildae socium, nisi simul urbis civem (21), quod in omnibus, quantum sciamus, urbibus patriis obtinuit.

Daventriae Gildae priores ortum sumsere exeunte eodem Saeculo, quo Trajectenses, A°. 1282 (22).

Lugduni Batavorum reperimus complures Gildas conditas ante annum 1312, quo GUILIELMUS III Comes decrevit, nemini licere, Gildis se inserere, nisi qui simul civis (*Poorter*) esset ejus urbis (23).

Veniunt jam ordine chronologico Gildae Zelandicae; A°. 1319 primum Medioburgenses adfuisse testatur MIERISIUS (24). Zirizeënses autem A°. 1353 (25).

Amstelodami Gildae nullae fuere ante annum 1384 (26).

In reliquis Zelandiae urbibus obtinuere A°. 1424.

Groningae literas Gildales primum emanarunt A°. 1436 (26*).

In

(21) Cf. de hac re passim *Teg. St. v. Utr.* cit. imprimis p. 419 et 429. — Plura etiam de Gildis Trajectinis eorumque juribus et auctoritate in electione illa Magistratuum, habet C. BURMANNUS in *Annalibus Trajectinis* passim.

(22) Cf. DUMBAR *l. l.* T. I. p. 8.

(23) Cf. ORLERS, *Beschr. der Stad Leyden*, editione 3. 1781. p. 769.

(24) *Gr. Chart. B.* T. II. p. 216.

(25) *Ibid.* T. II. p. 809. Cf. etiam J. C. DE JONGE in Diss. sistente *Diplomata quaedam Hollandiae et Zelandiae partim edita, partim emendata, animadversionibus illustrata.* *L. B.* 1816. p. 59, 60.

(26) WAGENAAR, *Beschr. v. Amst.* T. IX. pag. 78.

(26*) *Teg. St. v. Gron.* T. II. p. 142.

In universum autem Gildarum plurimarum in Belgio constitutionem Saec. XIV obtinuisse statuit V. Cl. KLUITIUS in *Historie der Holl. Staatsregering* (27), ubi et de pondere et auctoritate, quam habebant in regundâ civitate, et in omnibus iis, quae ad urbes suas pertinebant, fusius disserit.

Gildae aliae singulae secutae sunt Saeculis XV, XVI et XVII, quibus elapsis fere nuspiam Gildis Belgicis jam exstantibus ullae additae sunt.

In investigandis Gildis regionum hujus Regni Meridionalium felices admodum non fuimus. Invenimus Gildam Typographorum et Bibliopolarum, A°. 1662 Bruxellis obviam, infra, §. 2, pluribus attingendam. In Placitorum Brabantinorum et Flandricorum Repertoriis, aliorum Collegiorum Opificum mentio fit nulla. Utrum autem olim hic illic quaedam Collegia Opificum Artificumque praeter unicum illud, de quo modo diximus, exstiterint, affirmare non ausimus: verosimile tamen est. Machliniae certo scimus olim Gildas nullas fuisse, propter turbas ex hisce congregationibus temporibus turbulentis oriundas (28): forte tamen intelliguntur hic Gildae illae,

(27) T. IV. p. 176.

(28) „Nulla Confraternitas, neque Gulda, neque aliquod singulare signum de ipsis, nisi sola Communitatis Confraternitas in „Machlinia esse poterit vel debebit." Sic habent *Statuta Communiae Mechliniensis Mss.* citt. in DU CANGE *Glossar.* cit. in v. *Gulda*; et in *Kerk. Hist. en Oudheden der 7 Vereen. Prov.* edit. formâ maximâ, T. II. p. 238. in not. col. *b.* — J. LIPSIUS, *Operum*, edit.

lae, de quibus *nota* 15 et 16 diximus. Quod ad tempora recentiora, infra, §. 3, Gildas ibi sub JOSEPHO II obvias (*confréries, métiers ou corporations bourgeoises*) memorabimus.

2. *Numerus Gildarum.*

Servavit Gildarum numerus plerumque eandem rationem, quam in dies aucta hominum indigentia, deinde eandem, quam magis magisque increscens luxus. Ubi requirebatur novum aliquod genus operae, aderatque artificum opificumve copia sufficiens, ibi creabantur Gildae (29). Attamen non solum opificiis et artificiis in quavis urbe insigni obviis Gildae vacabant; erant enim et aliae insuper accedentes; in emporiis v. c.; quot quantaque hic poscebat navigatio, quanta longe lateque se diffundens mercatura, cui operam dabant urbes maritimae plurimae. Hinc Amstelodami fere 50 Gildae simul exstiterunt, et

edit. forma octava, T. III. p. 1381, sq., loquitur de Collegiis aliis, Lovanii et Bruxellis imprimis obviis, militiae privatae vacantibus, etiam *Gilden* dictis. Hae tamen a nostris Collegiis multum differunt, quippe etiam venientes nomine: *Schutters van Hand - en Voet - boog en van de Busse*; dicuntur haec Collegia etiam *sermens*.

(29) Interim exceptiones etiam adsunt. Scribit enim ORLERS, jam Ao. 1641 Typographos Leydae fat numerose adfuisse; eos tamen nondum in Gildam se conformasse simul indicat, quippe expresse eos iis annumerans opificibus, qui extra formam Gildalem tunc operas exercebant; cf. *Beschr. v. Leyden*, edit. 2. p. 262.

et A°. 1766 a WAGENARIO referuntur (30), dum tamen nonnumquam quaestuum genera duo vel tria se conjungerant. Exempla numerosa habet idem scriptor (31). Eadem in urbe praeterea supererant alii opifices, extra Gildalem formam frequenter quaestum exercere malentes (32).

Aliis autem in urbibus, ubi desiderabantur ea, quae ad mercaturam maritimam pertinebant, incolae aliis indigebant rebus, quae v. c. agriculturam spectarent vel mercaturam internam. Hinc urbs Rheno-Trajectina, Gildarum quantitate Amstelodamum vel superavit; medio enim Saec. XVIII Gildarum numerus 70 et ultra evaserat (33). Pondus et auctoritas Gildarum hujus urbis antea permagna, et *pag.* 315, et *sq.* a nobis tradita, etiam conferebat ad id, ut opifices cito se in Gildas redigerent, Gildarumque numerus accresceret. Harum statuta singula magnam partem reperiuntur apud VAN DE WATER (34). Distinguit et BURMANNUS (34*) inter *hoofdgilden* et *lege* (lage) *gilden*, in hac urbe Saeculis XV et sq. reperiundas.

Harlemi eo tempore, quo Gildis finis impositus est,

(30) *Beschr. v. Amst.* cit. T. IX. p. 73, sqq. et verbo idem scriptor in *Teg. Staat der Nederl.* T. V. p. 148.

(31) *Idem*, *Beschr. v. Amst.* T. IX. p. 80, sqq.

(32) *Idem*, *ibid.* p. 65, et fusius p. 225, sqq.

(33) *Teg. St. v. Utr.* T. I. p. 417.

(34) *Utr. Plc. B.* cit. T. III. p. 729, sqq.

(34*) In praef. ad T. I. *Annalium Traject.* p. [illegible]

est, A°. 1798, (de quo pluribus infra dicemus), Gildae numero 44 aderant (35).

Lugduni Batavorum ORLERSIUS, A°. 1641 duplicis generis quaestuum (*Handwerken en Neringen*), Gildali forma gaudentium enumerat ultra 30 (36).

Hagae Comitum, A°. 1739, quo hujus urbis descriptionem edidit RIEMERIUS, erant 45 Gildae (37).

Dordraci, A°. 1367, quo emanavit Cora a Magistratibus Gildis data, 44 numero adfuerunt (38), A°. autem 1770, quo scripsit VAN DE WALL, non ultra 32 reperiebantur: aliae enim aliis junctae sunt, alia evanuerunt, et perierunt.

Daventriae Opificum Collegia, i. e. Gildae *seculares*, quas tractamus, A°. 1732, quo opus suum conscripsit DUMBARIUS, erant 27, quarum ultima A°. 1681 erat formata (39). Insuper citat Gildas 28, religionis causa convenientes, de quo Collegiorum genere *notâ* 15 et 16 diximus.

Groningae Gildae erant duplicis generis: 1°. *Gildae Civicae* (*Burger-Gilden*), auctoritate omnium civium institutae: numero 18 erant, habebantque antiquitus magnam vim et auctoritatem, grave pon- [illegible] dus

(35) DE KONING *Tafereel van Haarlem*. cit. T. IV. p. 278.

(36) Cf. ORLERS, loco cit. in *notâ* 29.

(37) DE RIEMER *Beschr. v. 's Gravenh.* T. III. p. 285.

(38) VAN DE WALL, loco cit. in *notâ* 17.

(39) Cf. DUMBAR, loco cit. in *notâ* 22.

dus in regimine urbano (40); eligebant enim sibi duos ex Collegiis omnibus simul sumptis viros *Aediles* dictos (*Bouwmeesteren der Gilden*), quibus erat jus regimini se immiscendi; quum autem id ad difficilia quaevis duceret, abrogati sunt A°. 1663 (41). Praeter has erant ibi 2°. Gildae, *Raads-Gilden* dictae, quippe Consilii urbani auctoritate creatae; 15 praecipuae enumerantur in opere citato, quo de omni hac re fusius dicitur (42).

3. *Numerus Sociorum.*

Longe inter se differebat Sociorum Gildalium numerus singulis in urbibus; diversus erat pro diversa Gildae conditione, pro urbis magnitudine, pro magis vel minus frequentibus operibus, quae elaborabant hae Gildae; sic Gildae fabrorum lignariorum (*Timmerlieden*) et caementariorum (*Metselaars*) sociis longe pluribus constabant, quam Gildae denticulorum (*geweven kanten*), quae v. c. Harlemi aderat (43).

In universum dici potest, sociorum numerum plerumque non circumscribi, atque cuivis ad Gildam quamcunque accedere volenti, liberum patere aditum. Plurimis Gildis ea erat indolis, ut numerus prae-

(40) *Teg. St. v. Gron.* T. II. p. 141, sqq.
(41) *Ibid.* p. 164.
(42) *Ibid.* p. 96—98.
(43) Recensetur a DE KONING, *l. l.* T. IV. p. 245.

fcribi abfurdum fuisfet. Amftelodami Gilda Typographorum et Bibliopolarum 300 conftabat fociis, ineunte hoc Saeculo. Ab alterâ parte, duo vel tres opifices quaeftûs infrequentis etiam quavis in urbe Gildam conftituere posfe videbantur, modo Magiftratuum loci confenfu esfent muniti. E contrario, ne nimis accrefceret numerus, aderant et Gildae quaedam, ultra ftatutum numerum neminem accipientes; fic Groningae Pharmaceutarum Gilda focios ultra numerum duodecimum accipere nolebat, forte ne, majori numero obtinente, fingulorum minueretur lucrum, aut ne, aditu cuivis patente, haec Gilda etiam multos imperitos accipere cogeretur, licet ultimum hocce minus in hac Gildâ obtinere posfet, quum, plerumque, faltem in patriâ noftrâ, fpecimen, a quo complurium Gildarum Candidati liberi erant, in Pharmaceutarum Gildâ acriter poftularetur, nec mirum; pendet enim inde maximam partem aegrotantis vita.

E contrario erant in Belgio urbes, in quibus nemo habitare nec civis (*Poorter*) fieri poterat, nifi prius huic vel illi Gildae fe adfcribi pasfus esfet, ut fupra de juribus civicis Trajectinorum retulimus (44).

Omnes, qui ad Collegium pertinebant, (id ultimo loco memorandum) non erant aequales, ac Socii. Magiftrorum enim difcipuli, atque Gildae apparitor, five famulus (*Gildeknecht*), cuivis Collegio unicus, fociis non annumerabantur, Collegii tamen ad-

(44) *Teg. St. v. Utr.* T. I. p. 419.

administrationi et curae suberant. Socii ipsi autem (*Gildebroeders*) erant vel praefecti (*Deken en Hoofdmannen*), ut mox videbimus, vel socii privati.

4. *Regimen Gildarum.*

Duplex erat, vel putabatur regimen, *divinum* et *humanum*.

Regimine *divino* frui dicebantur ii, qui Gildarum patroni evaserant, quos socii sibi eligebant, et a quibus tutamen et patrocinium se impetraturos putabant. Sic et Romanis Collegiorum omnium tutelare numen fuit Jupiter, praeterquam deos peculiares tutelares. Dum in Belgio Foederato valeret adhuc Religio Romano-Catholica, patronum patronamve sibi eligebat quaevis Gilda ex iis viris vel mulieribus, qui quaeve aut in S. S., aut inter eas personas, quae in Sanctorum numerum solenniter erant relatae (*Canonisatae*), occurrebant, atque quorum quarumve res gestae aliquatenus conveniebant vel convenisse dicebantur cum opificio Gildae, quae eum illamve eligebat, et a quo quave auxilium et prosperos operarum successus precabantur socii. Hujus patroni patronaeve annuus dies natalis, qui ferebatur, idemque toti Gildae erat dies festus. Sponte autem patet, Gildas illas pauciores, quae post conditam Remp. Belgii Foederati, et introductam religionem Reformatam creabantur, hunc Catholicorum morem patronum patronamve eligendi non fuisse imitatos, licet diem festum, otio datum non obliviscerentur; testis sit nostrae Gildae dies, qui dicitur *Koppertjesmaandag*.

Haec de patronis divinis: pergendum ad eos, qui

in terris, idque reverâ, Gildas regerent. Plurimis in urbibus moris erat, ex Gildae sociis unum praesidere, cui nomen Decani (*Deken*, alibi *Olderman*); huic auxilio erant vel duo vel tres alii praefecti, *Hoofdmannen*, sive *Overmannen*, etiam *Hovelingen*, aut *Vinders* dicti; item *Keur-*, sive *Proefmeesters* in Gildis auro et argento fabricando (45).

Postquam Decanus plerumque biennium praefuerat, ejus in locum primus ex praefectis (*Hoofdmannen*) succedebat. Ita saltem obtinebat Hagae Comitum in Collegio Typographorum et Bibliopolarum.

Praefecti Decano erant quasi administri, quibuscum de iis, quae ad Gildam pertinebant, consilia inibat, Gildam regebat, lites inter socios ortas dirimebat, ea, quae Collegii flori et prosperitati conducebant, promovebat.

Nonnumquam Gildis praeërant 4 vel 5 praefecti, *Overlieden* dicti; sic Gildae Amstelodamenses plurimae regebantur (46): hosce eligebant Magistratus urbani. Alibi, Trajecti v. c., plane contrarium olim obtinebat. Vidimus enim supra, ab A°. 1304—1528 uniuscujusque Gildae socios nominasse duos viros, *Oudermannen* dictos, qui viri ex omnibus Gildis desumpti eligebant Consilium Urbanum (47).

Vidimus *pag*. 321 Groningae duos ex 18 Gildis ci-

(45) De hisce nominibus, quae in quavis fere urbe variabant, cf. SCHOOCKIUS, in *Belg. Foed.* L. VII. c. 25. p. 207, sq.

(46) WAGENAAR *Beschr. v. Amst. l. l.* p. 73, sqq.

(47) Cf. C. BURMANNUS in *Annalibus* citt. passim.

civicis viros, *Bouwmeesters der Gilden* dictos, multum contulisse ad urbis regimen.

In Gelriâ ipsi Gildarum socii Scabini eligi poterant. Arnhemiae sex Gildarum Magistri (*Gildemeesters*), tanquam Consiliarii (*Raden*) partem regiminis publici olim et medio adhuc Saeculo XVII sustinebant (48).

Comes JACOBA BAVARICA urbi Alcmariae Saeculo XV ineunte dedit novam regiminis urbani formam, ei injungens, novem formandas esse Gildas, quarum cuivis praesidere debebat unus Decanus. Hi 9 Decani eligebant 16 praefectos (*Hoofdmannen*), qui 9 et 16 personae simul Burgimagistros et Scabinos urbanos creabant (49).

Dordraci Gildae maximam vim in regimen urbanum exercuere, quum cives viderent florem emporiorum Brabantinorum et Flandriacorum, quem et possidere poterant, si Gildarum ope regimini se immiscerent. — At nonne Magistratus cives prohibebant, ne regiminis participes fierent, objiciet quis. Forte hosce populi conatus (respondemus) non aegre ferebant Magistratus, quo melius sic confirmati, Comitum potentiae increscenti resistere possent (50).

Gildae sibi habebant sua jura, privilegia, statu-ta,

(48) SCHOOCKII *Belg. Foed.* L. XII. c. 5. pag. 285.

(49) KLUIT *Hist. der Holl. Staatsreg.* T. IV. p. 176. BOOMKAMP, *Alkmaer*, p. 14. VAN MIERIS, *Groot Charterb.* cit. Vol. IV. p. 839.

(50) VAN DE WALL *Handv. v. Dordr.* cit. p. 301, sq. in *not.*

ta, a Magiſtratibus urbanis accepta; nam ipſa ſibi dare acriter omnium Gildarum ſociis vetitum est, v. c. Amſtelodami, initio Saec. XVI, poenâ *f* 12 (50*). Videtur idem alibi obtinuisſe. Jurium tutamen et executio praefectis erat mandata.

Inter ſtatuta, quibus regebantur, plerumque et hoc erat, nemini licere, duabus Gildis ſimul interesſe, ſive quia duarum Gildarum ſocius utriusque commoda non aeque curare, iisque proſpicere potest, verum hanc curabit, illam negliget, utrique ſat temporis tribuere non valens; ſive quia Gildarum commoda inter ſe pugnare posſunt: difficili modo enim rebus ſibi invicem oppoſitis unus idemque vir aeque bene proſpicere potest; ſive denique quia haec corpora in diverſis urbibus aderant, nemo autem duarum civitatum ſimul civis esſe posſit.

Poſt medium tamen Saeculum XV et deinceps, Gildarum vis in regimen urbanum paullatim minuta est, poſtquam non ſoli Decani, vel praefecti, ſed omnes urbium cives divites, ſapientes, primarii (*rijken*, *vroeden*, *notabelen*) inter rectores adſciti esſent; tunc et augebatur necesſario numerus illorum civium, qui ſimul cum hisce praefectis gubernarent; hi tamen cives non ſociorum Gildarum nomine veniebant (51).

Vis ac poteſtas Gildarum Groninganarum in regi-

(50*) Vetitum adest in *Handv. v. Amſt.* cit. p. 1177, absque anno, ſed ante annum 1532 inſertum.

(51) KLUIT *ibid. l. l.* p. 246.

gimen urbanum, A°. 1601 coërcita, A°. 1663 plane abolita est (52).

In eo etiam auctoritas eminet, qua in Hollandiâ fruebantur hae consociationes medio vel Saeculo XVIII, quod terras locaque munita nexu feudali posfidere iis permisfum esfet fpeciali Ordinum hujus Provinciae concesfione, modo focii perfonam quamdam defignarent, qui antequam feudum acciperet, domino feudali praeftaret jura, quae dicebantur *heergewaden* (52*), quaeque erant nifus (*een fperwer*) aut falco; imo nonnunquam non nifi manicarum ferrearum par.

5. *Leges et Scopus Gildarum.*

Haecce ultimo loco breviter indicabimus.

Leges unaquaeque in Belgio Gilda plus minus frequentes, privas fibi habebat, a Magiftratibus urbanis acceptas. Hisce legibus, fere in quacunque Gildâ, *generaliter* interdictum erat (nam peculiariter de cujuscunque Gildae legibus disferere, confilio noftro non convenit), ne quis Gildae focius fieri posfet, priusquam civis urbis (*poorter*) esfet factus; exceptio fuisfe videtur in cafu perraro, quo ruri Gildae adesfent. — Unus idemque porro Gildis ejusdem operae pluribus, variis in urbibus fimul, interesfe non poterat

(52) *Teg. St. v. Gron.* T. II. p. 144 et 164.

(52*) Cf. SCHORERS Aanteek. op DE GROOTS *Inl. tot de Holl. Rechtsgel. Middelb.* 1784. pag. 344.

rat (cf. *pag.* 326), quia nemo plurium urbium simul civis poterat esse. Neminem adsciscebant, nisi specimine peritiae praestito, saltem in pleriaque Gildis. — Nemo Magister, sive frater fieri poterat (*Gildemeester*, *Gildebroeder*), nisi postquam per certum tempus (peritiae majori minorive conveniens, in Gildis, ubi specimen poscebatur: caeteroquin per temporis spatium adaptatum majori minorive difficultati in opere vel arte addiscendis) Magistri cujusdam discipulus fuisset, ut sic ipsi Magistri artem, sive opificium suum bene callerent.

Sic igitur cavebatur (nam ad Gildarum *finem* et *scopum*, cum legum indole intime conjunctos, jam transeamus), sic cavebatur, ne opifices opera prava construerent, quod, Gildis non obtinentibus, absque dubio hic illic contigisset: uti experientia tristissima hisce temporibus quotidie nos docet, homines, artis sive opificii sui minime gnaros, non raro Magistros se gerere, suos rursus famulos et discipulos prava docere, nobis autem pecuniam quasi furtim surripere pro opere male fabricato. Haec et plura alia gravia incommoda, de quibus verbo infra, §. 3, Gildarum abolitioni in patriâ nostrâ debentur.

Quidquid alii dicant de Gildarum noxis, primarius earum scopus optimus nobis videtur, quem in eo situm esse putamus, ut merces et opificia, et quidquid a sociis conficitur, fiat melius, accuratius, magis omnibus numeris absolutum, quam si opifices singuli, nullâ societate juncti, iisdem rebus operam na-

navent. Interim speciminibus et temporis spatio, per quod quis famulus esse debebat, egregie conducebatur ad id, ut arcerentur operis rudes et inperiti. — Opificia porro difficilia, parum lucri afferentia, cito corruissent, ni adfuissent Gildae. — Specimina aemulationem non parum acuebant. — Inter scopos quidem Gildarum non item, at vero inter earum utilitates recenseri debet etiam subsidium viduis opificum, non minus quam fratribus ipsis egenis ad mortem usque vel donec res collapsae restitutae essent, e fisco Gildali praestandum. Hunc in finem in plerisque Gildis socii quotannis illi fisco solvere debebant pecuniam quamdam, quae, Amstelodami saltem (53), dicebatur *Jaar-zangen*; nomine orto ex eo, quod a sociis primum tributa sit pecunia ad sumptus resarciendos factos in festo *annuo*, quod *cantilenis* celebrabatur, unde idem nomen inhaesit etiam pecuniae Gildali quotannis die festo praestandae ad fiscum augendum.

Dicat igitur et sententiam proferat unusquisque, praejudicatis opinionibus non occaecatus: nonne Gildae complura bona attulerunt, quibus earum abolitio nos privavit? Jam vero, ubi de abolitarum Gildarum restitutione quaeritur, objiciunt earum detractatores, damna multa ex iis promanasse, earum utilitates etiam alio modo comparari posse. Interim hancce litem, utrum Gildarum abolitio, quae sub finem Saeculi praecedentis in Bel-

(53) WAG. *Beschr. v. Amst. l. l.* p. 69.

Belgio, Galliâ et Germaniâ obtinuit, humanae ſocietati et patriae noſtrae nocuerit, an profuerit, (de qua lite et hic, et praeſertim in Germaniâ complura exierunt ſcripta (54)) hanc litem disquire-

(54) Qui inter Belgas omnium acerrime in Gildas invehitur, est C. ZILLESEN, in opere: *Onderzoek, wegens Neerlands Opkomst, bloei en welvaart*. Ao. 1796. pag. 185—194 et 369—391. Vocat eas p. 190 *prullen der Oudheid*. — Jam olim in Gildas noſtras invectus est PHILIPPUS A LEYDIS, *de Curâ Reip.* p. 116, 117, fine. 118 et 135. — Porro anonymi opusculum, quod inſcribitur: *Politike Discoursen, handelende in 6 onderſcheidene boeken van Steden, Landen, Oorlogen, Kerken, Regeringen en Zeden door* D. C., quodque formâ 12â prodiit ſine anno et loco: ex inſigni tamen, quod titulo ineſt, nempe aquilâ volante, roſtro taeniam tenente, cui ineſt vox *moverende*, ad HACKIOS, poſt medium Saec. XVII Typographos et Bibliopolas Leydenſes referendum eſſe opinamur. Jam huic opuſculo (cujus nonnulla capita ab ipſo JOANNE WITTIO, Hollandiae Magno-Penſionario ſcripta eſſe ferunt eruditi) valde miramur ineſſe, Libro I, disquiſitionem 6am, inſcriptam: *Dat beſlotene Gilden den Steden zeer ſchadelijk zijn*; qua multae noxae abuſusque jam tum in Gildis patriis obvii recenſentur, ut videtur, longe majori fide, quam in opere ZILLESENII. Hanc disquiſitionem eo magis miramur, quum caeteroquin vel exeunte Saec. XVII Gildae penes nos magno in honore haberentur. — Praeterea Gildis noſtris adverſatur, Saeculo ſq., auctor libri, qui *Amſtelodami* anno 1758 prodiit: *Conſidérations ſur le commerce et en particulier ſur les compagnies, ſocietés et maitriſes.* — E Germanis non *contra* Gildas, ſed *de* iis ſcribentem allegamus PÖLITZIUM, Saxonem, in opere, cui titulus: *die Staatslehre*, ubi, pag. 155, et ſqq. 13 opera citat, quae ab Ao. 1783—1807 (edidit opus ſuum Ao. 1808) hac de re in Germaniâ prodiere, in quibus plura reſponſa ad quaeſtiones ab eruditorum Societatibus propoſitas, quorum unum est RAVII ſcriptum, ſupra, *notâ 9 hujus Cap.*, citatum. Caeterum in

rere non ii sumus, qui audeamus, nec et cupimus, quippe minus hujus loci. Transimus igitur ad id, quod hoc *Cap.* imprimis tractare nobis in animo est.

§. 2.

De Typographorum et Bibliopolarum Gildis, in Belgio, deque earum Juribus.

Typographia etsi a LAURENTIO KOSTERO inventa jam esset ante medium Saeculum XV, tamen, quippe non diu post e Belgio Germaniam versus migrans, ibique a GUTTEMBERGO, FAUSTO et SCHEFFERO inde ab A°. 1457 et deinceps, ad ma-

in Germaniâ sententiae regnant diversissimae; ex aliis Gildae revocandae sunt, ex aliis silentio relinquendae. Quod in Galliâ itidem obtinet. Inter acerrimos systematis Gildalis oppugnatores nuper ibi exstitit Comes CHAPTAL, oeconomiae politicae insigniter peritus, in opere: *de l'Industrie Française*, Paris. 1819. II. Tomis, in *partis* 4 *Cap.* 9. (*T.* II. p. 328—341), *des Corporations*, ubi tamen inter Gildarum noxas recenset, eas sub LUDOVICO XIV ingenti numero ideo fuisse creatas (ab anno 1691—1709 tota Gallia vidit 40000 recens formata Corpora), quia pro quovis instituto collegio (*jurande*, *office*, *corporation*) fisco insignis pecunia solvebatur, sive, ut melius dicamus, quia haec collegia eâ pecuniâ vendebantur, si fiscus nummis indigeret. Qui abusus quum in Belgio non obtineret, Magistratibus gratis corpora instituentibus, nec haec inter *nostrarum* Gildarum noxas referenda est. — Qui de Gildis Gallicis plura noscere velit, adeat praeter Comitem CHAPTAL, etiam *l'Encyclopédie d'Yverdon*, MERLIN et HÉNAULT, citatus *notâ* 8, 8*, et 11 *hujus Capitis*.

magnum evecta pulcritudinis fastigium, cultores in Belgio habuit rarissimos. Interea temporis enim KOSTERO mortuo, soli ejus posteri Harlemi typis mandare pergentes, nullos sectatores aliis in urbibus invenere, donec A°. 1473 artis utilissimae, jam in Germaniâ adauctae et amplificatae cognitio, capto, A°. 1462, Moguntiaco, sparsisque hinc longe lateque Typographorum ibi commorantium discipulis, in Belgium rediret. Nunc KOSTERI posteri, minus bene typis exarantes, suos conatus parvi momenti aestumantes, officinam clausisse videntur, postquam 30 fere annos extitisset (55). Artis jamjam perfectioris fructus priores in Belgio ab A°. 1473 hic illic prodiere, dum Typographi et Bibliopolae varia opera ad eruditionem horum temporum facientia variis in urbibus exire juberent, quorum seriem accuratissimam, ad finem Saec. XV productam, vulgavit JCtus Haganus, VISSERUS, vir eruditione praeclarus (56). Videmus inde, quibusnam in urbibus, quonam anno primum prela fuerint, librique exierint.

A°. 1472. Libros exiisse Antverpiae, Delphis, Gou-

(55) Post KOSTERI enim mortem, ejus posteros ad annum fere 1470 in novâ arte exercendâ perrexisse, deditâ operâ egregie disquisivit, atque extra omne dubium posuisse videtur eruditissimus vir JACOBUS KONING, in *Cap.* VII operis praestantissimi *over den oorsprong, de uitvinding, verbetering en volmaking der Boekdrukkunst. Haarlem.* 1816. pag. 160—173.

(56) J. VISSER, *Naamlijst, cit.* supra, *not.* 32. *Cap.* I.

Goudae, Daventriae dicit VISSERUS (57), Lovanii perhibet JANSEN, in *notâ* citatus (58).

A°. 1473. Trajecti Inferioris, i. e. ad Rhenum, Alosti in Flandriâ, Lovanii, Goudae (de hac tamen urbe dubitatur), Brugis.

A°. 1475. Daventriae.

A°. 1476. Antverpiae, Bruxellis.

A°. 1477. Delphis.

A°. 1479. Noviomagi, Zwollae.

A°. 1480. Aldenardae, Culemburgi, Hasselti.

A°. 1483. Leydae, Gandavi, Harlemi, primâ vice post clausam officinam Kosterianam.

A°. 1484. Sylvae, f. Busco-Ducis.

A°.

(57) *Naamlijst*, pag. 1. Sed cf. *nota* sq.

(58) Eo anno in hac urbe librum editum esse refert JANSEN, qui Parisiis anno 1809 librum edidit *de l'Invention de l'Imprimerie*, analysin continentem duorum de hac re operum GERARDI MEERMANNI, et unius GOCKINGAE libri; cui libro subjunxit VISSERI Catalogi versionem, fere 200 libris auctam; inter hos autem libros additos, *p.* 238. Ao. 1472 invenitur liber editus fine loci notâ apud JOHANNEM DE WESTPHALIÂ, celebrem Typographum, qui quum non nisi Lovanii libros typis vulgaverit ediderit que, tuto anno 1472 in texto urbs *Lovanium* adjungenda esset, nisi illustr. et eruditiss. Vir W. H. J. VAN WESTREENEN VAN TIELLANDT, in disquisitione *over de Uitvinding der Boekdrukkunst*, pag. 57, *notâ* 141, bene observasset, et hunc JANSENII librum non ante annum 1477 propter indolem libri, *Carmen in adventu* MAXIMILIANI, *Ducis Austriae*, exire potuisse, et reliquos anni 1472 libros ei anno non esse adjudicandos, errorem autem VISSERO subvenisse ex pravâ, titulorum descriptione, vel anni numeris omissis.

A°. 1495. Extra muros oppido Schoonhoviensis, partium Hollandiae, Trajectensis Dijocesis (59).

A°. 1498. Sciedami.

Grinnibus (*Rhenen*) et Doccumae libros editos fuisse non quonam hujus Saeculi anno, certo tamen ante annum 1500, addit VISSERUS (60).

Patet simul ex hoc Catalogo, quaenam hoc Saeculo fuerint urbes insigniores in Belgio; erant enim absque ullo dubio eae, in quibus literae humaniores maxime colerentur; nam hisce imprimis literis homines tunc operam dedisse, innotescit ex majori librorum parte, de hoc vel illo humaniorum literarum loco agente. — Vidimus etiam ex hac serie, Typographos et Bibliopolas domicilium, sive rerum suarum sedem jam tum plerumque posuisse, ubi aula Principum (Bruxellis), Musarum Sedes, Athenaea, seu Gymnasia, Scholae (Daventriae), sensu latiori, quam quas nunc *Scholas Latinas* nun-

(59) Haec sunt subscriptionis verba; forte in coenobio in viciniis hujus Urbis prelum aderat: in Catalogo iterum, anno 1497, invenimus semel: *buiten Schoonh. in den Hem*, et bis: *buiten Sch.* quorum trium ultimum est ex additamentis JANSENII, *l. l.* p. 330.

(60) DENISIUS, qui Maittairianorum *Annalium Typographicorum*, operis utilissimi, supplementum scripsit, et Vindobonae anno 1789 edidit, quique VISSERI Catalogo usus est, libros nec urbes addit alias. Huc accedit JANSENII versio Catalogi Visseriani, mendis quibusdam laborans, 20 annis post (1809) edita, de cujus versionis unica urbe addita diximus *nota* 58; adeoque verosimile est, librorum editionem in Belgio Saeculo XV nuspiam maturius obtinuisse, quam in urbibus in textu adscriptis.

nuncupamus, Academia (Lovanii), fedes Epifcopatus (Trajecti ad Rhenum) aut Monafteria, opportunam iis praebebant occafionem libros multos eruditorum MSStos typis defcribendi, edendi, vendendi (61).

Si quis apud ipfum VISSERUM editorum nomina, libris adfcripta legat, obfervabit, non omnes deditâ operâ fuisfe Typographos et Bibliopolas; femel iterumque invenimus monachos. A°. 1496 duo libri Belgice editi fic notantur: *Ter Goude tot* (by) *die Collatiebroeders* (62). — Eodem A°. alius liber in eâdem urbe *in het huis van de broeders* (63). — Videntur tunc in monafteriis prela privata habuisfe.

Inter Typographos autem et Bibliopolas vix tres hisce in urbibus fingulis per 30 fere annos ro-

(61) Typographiae merita ftatim agnofcebantur; cito enim prela ubique fparfa videmus, eruditaque prodiere opera: teftis fit VISSERI Index; teftis et fit, ne alia recenfeamus, disquifitio, cui titulus: *Gefchiedkundig overzigt van den voortgang en verbreiding der Boekdrukkunst in de 15 en 16 Eeuw: en beantwoording der vraag: Welken invloed heeft die kunst gehad, en kan dezelve nog hebben op de verlichting van 't menschdom?* quam, hac quaeftione anno 1816 a Societate Artium et Scientiarum Provinciali Trajectinâ propofitâ, die 25 Junii hujus anni auro condecoratam vidit auctor, Vir plurimum reverendus, D. F. DELPRAT, V. D. M. Ecclefiae Wallonicae Leovardienfis, quamque cito evulgatum iri vehementer optant, qui literas curant, et promovere cupiunt.

(62) VISSERS *Naamlijst* p. 42.

(63) *Idem, ibid.* p. 43.

refert VISSERUS, hosque ne aequales quidem, fed fibi invicem fuccedentes; cui fponte confequens est, eorum numerum Saeculo XV tam exiguum adbuc fuisfe, ut Collegia formare nequaquam posfent.

Saeculo fequenti continuo magis magisque hic numerus increvit, dum officinas fuas aperiendi, et quaevis edere absque ullâ jurium coërcitione, a Ducibus Comitibusque fingûlarum regionum facultatem tacite impetrasfent, atque prohibitio adesfet nulla ad annum usque 1518, quo, perfpectis noxis, quae ex hacce preli libertate profluere posfe videbantur, CAROLUS V primus jura iis per totum Belgium praefcribere coepit, ut pluribus *Cap.* II dictum fuit.

Aucto licet Typographorum et Bibliopolarum, fimul et urbium, in quibus libri ederentur, numero, hominum tamen copia Saec. XVI nusquam ea adfuisfe videtur, quae fufficeret ad Collegia five Gildas fuas, fibi privas conftituendas: idque ne magnis quidem in urbibus. Ibi enim tunc temporis forte 4 vel 5 Bibliopolae, iidemque et Typographi erant, quo utroque quaeftu quum iis Saeculis plerumque unus idemque fungeretur, uti fupra, *pag.* 4., jam diximus, eo minor manebat numerus eorum, qui caeteroquin Gildam formare potuisfent. Diximus modo, *ne magnis quidem in urbibus* Gildas noftras tunc exftitisfe, cum de urbibus minoribus fermo hic esfe nequeat, quippe in quibus non folum Saec. XVI, verum nec XVII vel XVIII Gildae Typographorum et Bibliopolarum formari pote-

terant, ob exiguum fociorum numerum, ibi obvium. Iis enim in urbibus, ubi v. c. duo Bibliopolae una cum famulis habitant, quales plures, imo numerofae vel hisce temporibus in Belgio recenfere posfimus, hasce Gildas non exftitisfe, vix opus est, ut memoremus. Imo quod magis est, funt adhucdum plures urbes, ubi non folum nullus inveniatur Typographus (nam fi urbium incolae numerum v. c. quinque, fex, vel feptem millium non excedant, plerumque (63*) Typographum non invenimus), verum ubi non nifi unicus Bibliopola adest. Si autem quis miretur, Gildas igitur hasce rariores fuisfe, intelligat oportet, numerum fatis magnum fociorum non nifi in illis adesfe urbibus, ubi plures libri fcribantur edanturque, quales funt hoc tempore urbes, ubi fedes est fummi Imperii, ubi Academiae, Athenaea, Gymnafia habentur, porro in emporiis, et aliis, ubi mercaturae internae fatis confpicuae fedes est. Quodfi autem in urbibus, quae, hisce exceptis, reftant, ne fub finem quidem Saeculi praecedentis Typographi et Bibliopolae exifterent, de quo conftat, et cujus rei caufa in aperto est: quid miramur defuisfe has Gildas ante tria Saecula in tot Belgii urbibus? Imo contra miramur, quasdam hujusmodi Gildas, faltem jam Saec. XVII adfuisfe in regione tam parvâ, et cujus lingua etfi praeftantisfima, et alias

(63*) *Plerumque* diximus; exceptio est in regione Groninganâ, ubi vel in vico *Oude Pekel-Aa* nunc prelum exftat.

alias complures linguas pulchritudine et divitiis longe ſuperans, illam tamen ſortem inſons ſubiit, patiturque adhucdum, ut extra patriam rarisſime aliis in terris intelligatur, legatur, addiſcatur; cujus rei ſequela est, editionem et mercaturam librorum hacce linguâ conſcriptorum, quae Typographis et Bibliopolis in Belgio Septemtrionali (quae Regni pars hic imprimis in cenſum venit) maxime lucro esſe debent (praeter nonnullos alios, qui Graeca et Latina, ſive etiam Gallica edant), hanc mercaturam per ſolum Belgium agi debere, librosque Belgice ſcriptos rarisſime in alias regiones mitti.

At redeamus ad Saec. XVI, viſuri, quid dein obtigerit, quum numerus ſociorum nondum esſet is, ex quo Gilda formari posſet. Id autem moneamus necesſe est, omnia jura hic recenſenda, aeque ac pleraque eorum, quae *Cap. praeced.* ante annum 1795 retulimus, fuisſe localia, eaque pependisſe ex regiminis formâ reipublicae noſtrae, et ex legislatione in omnibus regionibus et in quavis fere urbe diverſâ obtinente, cui conſequens est prolixam hic fieri debere materiem noſtram; ejus autem amplitudinem forte non fore nimiam, id vel tribuendum fruſtraneis noſtris inveſtigationibus, vel defectui Gildarum Typographorum et Bibliopolarum, quae non niſi hic illic aderant.

Videntur Typographi et Bibliopolae jam ſub finem hujus Saeculi hic illic adhaesisſe Collegiis ſculptorum et pictorum, qui jam dudum antea magnis in urbibus exiſtebant, atque Typographis Bibliopolisque jun-

jungebantur communi vinculo, *artis*, unde et faepe dicebantur *die van de Konfte*, quippe ad Gildam pertinentes, quae exquifitiore victûs quaerendi genere, *opificum* clasfem fuperaret, et artificibus annumeraretur. Qui itaque fculpturae, picturae, Bibliopolio, rei Typographicae, arti Phrygionum (*borduurwerk*) et tapetis ftruendis operam dabant, eos conftat unicum primis temporibus Collegium formasfe quibusdam in Belgii urbibus, Amftelodami, Hagae Comitum, alibi; (contra vero Lugduni Batavorum et Trajecti ad Rhenum Typographi et Bibliopolae peculiarem habuerunt Gildam). Hujus valde frequentis Collegii ob focios pictores electus erat patronus (etiam antequam ei jungerentur Typographi et Bibliopolae) LUCAS Euangelifta, qui pictor fuisfe dicitur, unde haecce Gilda non raro nomine Gildae S[cti]. LUCAE veniebat. Haec fuit rerum conditio usque ad medium Saeculum XVII.

Ubi nunc hiftoria Gildae cujusque urbis feparatim tradenda erit, incipimus a potentisfimâ et florentisfimâ patriae regione, ubi Typographia primum exftitit, Hollandiâ, inque ea a maximâ universi Belgii urbe, a Metropoli, *Amftelodamo* (64), ubi et permultae adfuere Gildae.

Poftquam magis magisque ibi fociorum numerus acerevisfet, ita ut Gilda S[cti]. LUCAE, i. e. Gilda conjuncta pictorum (*fchilders*, *teekenaars en* *et-*

(64) Complura huc facientia habet WAGEN. *Befchr. v. Amft.* cit. T. IX. p. 201, fqq.

etsers), vitriariorum, sculptorum (*graveerders en beeldhouwers*), eorum denique, qui limbos et tapeta struerent (65), ad quos et pertinebant inde ab A°. 1621 Typographi et Bibliopolae (66), ita ut, inquam, tota haec Gilda nimis frequens et numerosa esset facta, Typographi et Bibliopolae conamina tentarunt, quibus separatam sibi Gildam formandi veniam a Magistratibus Urbanis impetrarent. Erant autem ibi hoc Saeculo Typographi et Bibliopolae ii, qui id tuto rogare posfent, quippe omnium, qui unquam in Belgio adfuerunt, inter praestantissimos, ELZEVIERIORUM integra gens, GUILIELMUS et JOHANNES BLAEUW, JANSSONIO-WAESBERGII, alii, ob prelorum diligentiam et pulcritudinem celebres. (Hos Saec. sequenti excepit inter alios WETSTENIUS.) Horum virorum conatibus prosper eventus non defuit. Annuerunt iis Magistratus, ita ut die 20 Januarii A[i].

(65) Ipsa haec 5 quaestuum genera Amstelodami usque ad annum 1579 juncta fuerant Gildae caementariorum (*Metselaars*).

(66) Nam in Coris Gildae Scti LUCAE, primum lege 14 Januarii 1621 (licet jam per integrum Saeculum et antea libri Amstelodami typis essent mandati), praeter opificum seriem propositam, etiam *Boecke-binders en Verkoopers* invenimus in *Handv. v. Amst.* 1748. supra saepius citt. p. 1368; *Boekdrukkers* autem non nisi anno 1662 formam Gildalem adepti sunt; cf. Cora mox inferenda 20 Januarii 1662. — Caeterum eandem omnibus hisce quaestibus olim fuisse copulam etiam observavit J. D. SCHOEPFLINUS, in *Vindiciis Typographicis*, pag. 31. not. *p.* scribens: „ Annoto hic, pri„ mos typographos ex pictoribus, scribis, sculptoribus provenis„ se, ob artium harum cum typographia affinitatem."

A[t]. 1662 solenniter peculiaris *Bibliopolarum*, *Typographorum et Bibliopegorum Gilda* constituta sit ob rationes sequentes, in edicto ejus diei expositas: *Alzoo mijne Heeren van den Gerechte bevinden, dat de Boekverkoopers hier ter Stede van een klein getal, daarmede zij eertijds onder het* S[t]. LUCAS *Gild gebragt zijn, nu zich tot zoo eene meenigte bevinden toegenomen, dat ten opzigte van dezelve en om alle confusie voortekomen, de dienst van hun winkelnering wel vereischt, dat zij van voorsz. Gild, waaronder nog vele anderen vereenigd zijn, gescheiden worden; te meer, overmits gemelde Boekverkoopers negotie weinig of geene gemeenschap en overeenkomst heeft met de voorsz. andere, die als nu mede onder gemeld Gild forteren; maar wel met de nering van het Boekdrukken, die tot nog toe onder geen Gild gebragt is: zoo is 't, enz.* Quod ad pecuniam, quam in fisco Gildali habebant Bibliopolae Bibliopegique, additur in fine: *mits aan voorsz. Boekverkoopers door hunne gewezene medebroeders — uitgekeerd worde voor hun quota in het tegenwoordig Capitaal van 't zelve* S[t]. LUCAS *Gild eene som van f 1200 ten behoeve van 't nieuwe Gild* (66*).

Ne quis miretur huic Gildae patronum Sanctum, quem coleret, cujusque nomen gereret, nullum fuisse; abolitâ enim in Belgio Foederato religione Romano-Catholicâ, statim et cessare debebat mos ex illius religionis principiis unice profluens et a quo Pro-

(66*) *Handv. v. Amst.* citt. p. 1217.

Proteſtantes, Sanctos nullos habentes, per ſe abstinere debebant. Die festo tamen annuo ideo non carebant: indicio est *Koppertjesmaandag*.

Uti autem Corpus nec Collegium ullum ne per exiguum quidem temporis ſpatium tuto et firmiter conſiſtere potest ſine bonis legibus, ita nec Gilda noſtra iis poterat carere. Quod quum intelligerent Magiſtratus Urbani, A°. ſq., die 9 Septembris 1663 *Ordinationem*, quam vocant, (*Ordonnantie*) ediderunt, in 27 *artt.* verboſiores partitam, cujus praecipua capita paullulum contractius referre neceſſe erit (67), ut probe intelligamus, quaenam fuerint jura, quibus obſtricti erant hujus Gildae ſocii. Poſtquam enim *Capp.* I et II de juribus Typo-

(67) Invenitur haec lex, ſive Ordinatio et ſeqq. in Repertorio: *Ordonnantie voor het Boek- en Konst-verkoopers-, Boek-, Kaart-, Plaat-drukkers- en Boek-binders-Gilde dezer Stede Amſtelredamme.* (1798.) formâ 4tâ; 22 paginis conſtans; atque *Handv. v. Amſt.* citt. p. 1217, ſqq. Numerus tamen hujusmodi Repertoriorum, quae ad me pervenerunt, non fuit magnus, tum quia paucisſimis in urbibus prodierunt, (nam non ubivis typis mandatae et in unum collectae exſtabant hae leges; fiebat id plerumque ubi Sociorum multitudo leges ſingulares, non collectas reddebat uſu difficiliores); tum quia, Gildis noſtris jam per 20 annos abrogatis, Repertoria negligi coeperunt, imo in deſuetudinem et oblivionem abiere. — Occurrunt et hae Gildae Amſt. Corae ad annum usque 1748, in *Handv. v. Amſt.* citt. 1748. p. 1217—1220. Hinc ad annum 1755, in *Vervolg van de Handv. van Amſt.* 1755. p. 78. Utrumque ſingulari ſtudio collegit JCtus Amſt. NOORDKERK. — Hinc denique ad annum 1777, in *Tweede Vervolg van de Handv. van Amſt.* 1778. p. 178, ſq. qui appendix curâ J. P. FARRETI prodiit.

pographorum et Bibliopolarum *externis* vidimus, jam ad jura *interna* tradenda pergamus. Verbo autem antea monemus, ea, quae fupra, §. 1. n°. 5, generatim de Gildarum legibus diximus, etiam plerumque noftrae Gildae omni in urbe, de qua nunc dicetur, applicanda esfe.

Art. 1. Nemo ad eam admittitur, nifi qui civis (*poorter*) urbis fit, qui pecuniam occafione introitûs in Gildam folvendam praeftiterit, et per 4 annos (68), five hac in urbe, five alibi apud unum eundemque magiftrum artem didicerit; ftatuente infuper Ordinatione Gildali diei 6 Februarii 1685 (68*) in delinquentes mulctam *f* 12 in lucrum Gildae, infligendam a Gildae rectoribus (*Overlieden*) et a famulo Gildali. — *Art.* 2. Difcipuli ne admittantur, antequam a Magiftro fuo infcripti fint in libro Gildali, qui dicitur *het Leerlingsboek* (69): folutâ et

(68) In univerfum hoc tempus in aliis regionibus, v. c. in Angliâ, longe diuturnius pofcebatur, quam aut in hac urbe, aut alibi in patriâ noftrâ.

(68*) *Verv. van de Handv. v. Amft.* citt. 1755. p. 78.

(69) In Galliâ femper difcipulus magiftro fuo fe obligabat contractu, cui nomen *brevêt d'apprentisfage*, quique in MERLINI *Répert.* cit. in *hac voce* definitur: „ L'acte par lequel un particulier, pour apprendre un métier, art ou négoce, s'oblige à demeurer chez un maître pendant quelque tems aux conditions convenues entre eux. " Inibantur ab ipfis majoribus natu, vel a natu minoribus, quos adjuvabant ii, quorum auctoritati fuberant: ibique, lege 22 Germinalis anni XI (1803), (quae, etfi abolitis Gildis, tamen firmiter fervantur, quos vocant, *contrats d'apprentisfage*) hac lege, inquam, hi contractus non folvi posfe

et a magiſtro et a diſcipulo floreni dimidiâ parte, mulctâ *f* 6, ſi magiſter per menſem neglexerit; (adjungitur autem quid, aperte de majorum noſtrorum humanitate teſtans: ſi Orphanotrophiorum alumni admittantur, ſoli magiſtri dimidium ſolvunt, ipſi diſcipuli immunes ſunt.) — *Art.* 3. Ne admittantur diſcipuli, 12 annis juniores (cf. infra ad coram A[i]. 1786. N°. 1.), exceptis pueris quibusdam, quorum ope res minoris momenti peraguntur. — *Art.* 4. Quodſi diſcipulus per tempus ſtatutum didicerit, Magiſtrum ſe renunciari, a praefectis Gildae (*Overlieden*) juſte petere potest, ſolutâ fiſco Gildali quadam pecuniâ (*een burgers zoon f* 4:10, *een gekocht burger f* 7:10, *gelijk mede een Boekverkooper*, *Binder of Drukker*, *van elders hier komende wonen*, *f* 7:10, *mits hij toone* 4 *jaren bij één meester gediend*, *of even zoo lang de nering of ambacht op eene andere plaats geëxerceerd te hebben*); (nullum hic requirebatur progresſuum ſpecimen, ut in aliis urbibus plerumque obtinebat; cff. quae infra ad finem eorum, quae de hujus urbis Gildâ dicenda ſunt, verbo trademus). Accipi et po-

poſſe dicuntur, *ſauf l'indemnité en faveur de l'une ou de l'autre partie, excepté dans les cas ſuivans: 1. d'inexécution des engagemens de part ou d'autre; 2. de mauvais traitemens de la part du maître; 3. d'inconduite de la part de l'apprenti; 4. ſi l'apprenti est obligé à donner, pour tenir lieu de rétribution pécuniaire, un tems de travail dont la valeur ſeroit jugée excéder le prix ordinaire des apprentisſages.* Cf. MERLIN, *Répert.* cit. in v. *Apprenti.*

potest Bibliopola, Typographus vel Bibliopega, qui ex alio loco huc migrat, modo probare posfit fe per 4 annos alibi vel difcipulum vel magiftrum fuisfe. Item magiftrorum viduae poft maritorum mortem in quaeftu agendo perfeverare posfunt: denique defuncti magiftri filiorum unus, modo 16 annos natus, patrium quaeftum agere poteft, liber a tempore difcendi, quod reliquis liberis manet injunctum. *Art*. 1 novae Ordinationis a Magg. Urbb., die 28 Junii 1666 promulgatae (69*) poftrema Ita mutata funt, ut omnes defunctorum magiftrorum filii ejus quaeftum exercere queant, 16 annis majores, absque eo, ut 4 annos fe difcipulos gesfisfe necesfe habeant. — *Art*. 5. Si quis quaeftum exerceat, nec tamen pecuniam in munus fuscipiendum ftatutam (*art*. 1 et 4) folverit, atque ea de re innotefcat, intra octiduum folvat, atque Gildae inferatur oportet, quod nifi fecerit, quovis die folvendi funt 6 ftuferi, et confifcantur in lucrum Gildae omnes in ea officinâ obvii libri; poena tamen redimenda est, folutis *f* 6, partim in lucrum praetoris Urbani (*Hoofd-Officier*), a quo mulcta infligitur, partim in lucrum Gildae, partim in pauperum. — *Art*. 7. Socius quisque quotannis praefectis (*Overluedan*) folvere debet penfum annuum, *f* 1, cui nomen *Oorcondspenning*. — *Art*. 8. Socii omnes praefectos colere, injuriis, nec conviciis afficere

(69*) *Handv. v. Amft.* citt. p. 1819, ubi tamen diei 14 Julii adjudicatur: et in Cort 25 Januarii 1769 diei 8 Junii; cf. *nota* 74**.

ficere tenentur, mulctâ *f* 6. — *Art.* 9. Typographus (cui ex *art*[4]. 2 Ordinationis diei 28 Junii 1666, modo allegatae, additur, qui tabulis aeneis cudit (*Plaatdrukker*)) ne cujusque operis plura exemplaria typis mandet, quam ei a Bibliopolis aliisve personis injunctum sit, poenâ confiscationis reliquorum exemplarium, quorum ⅓ datur ei, qui damnum passus est, ⅓ una cum *f* 50 insuper solvendis fisco Gildali cedit. — *Art.* 11. Si quis particeps fieri velit fisci, 1[a]. vice solvat *f* 4; porro quotannis 12 stuferos, praeter pecuniam Gildalem (*art*[o]. 7 statutam); quodsi aegrotet, quavis hebdomade 30 stuferos accipit. Hic *art.* mutatus est die 26 Januarii 1695 (69**) Magistratuum jussu, stipulantium, *art*[o]. 3, nemini jus quoddam competiturum in fiscum, nisi qui statim, postquam Gildae socius factus sit, illud jus emerit; emptionis autem pretium jam statuitur *f* 6. — *Art.* 12. Excluduntur a fisco, qui nondum per integrum annum haecce fisco solverint, item qui suâ culpâ aegrotent vel vulnerati sint. — *Art.* 15. Nemo publice, vel privatim, auctione (*bij opveiling*) libros vendere potest, nisi eos, qui ad defunctum quemdam pertinuerint, vel quando quis, qui solvendo non est, foro eesfit (*desolata boedel*), vel si quis Bibliopolae munus ponit; quodsi quis id posuerit, numquam officinam novam hic instituere potest. Aliquatenus mutata sunt verba haec-

(69**) *Handv*, cit. p. 1990; ibi autem 31 Januarii fuisse dicitur.

haecce poſtrema Ordinatione 28 Junii 1666, cujus *artº*. 3 vetatur, ne quis ex ſociis, ſemel librorum ſuorum auctione habitâ, iterum officinam novam aperiat (i. e. *met voorzetting van eenige boeken, of titels derzelve op de poſten der deuren of vengſters*) intra triennium post venditionem. — *Art.* 17. Librorum provenientium ex bonis derelictis, ideoque vendendorum, fieri debet venditio auctoritate publicâ (*door de Concierge, met afſlag, zonder eenige boeken optehouden*), eorumque Catalogus praefectis Gildae octiduo ante venditionem tradendus est, aeque ut in quacunque aliâ librorum venditione fieri debet, mulctâ *f* 12; quibus venditionibus omnibus interesſe debet famulus Gildalis. — *Art.* 18. Porro in caſibus *artⁱ*. 15 octiduo ante venditionem tradendus est Catalogus librorum, tabularum aenearum vel literarum typographicarum praefectis, qui ad omnia viſitanda illuc veniunt, et *f* 5 accipiunt (70). — *Art.* 19. Am-

(70) Ab iis, quae *articulo* 18 venditioni obnoxia judicantur, excipiebantur olim Biblia, quae ſi venditionibus hisce publicis inerant, ut nunc *plerumque*, olim autem *ſemper* obtinebat, excipiebantur a Catalogo praefectis tradendo. S. S. enim majoribus noſtris ſemper ita in honore erat, ut eam non libris reliquis annumerarent, ſed quaſi ipſa bona ſpectarent, ad eaque per ſe pertinere aeſtumarent, quum fere quibusvis aliis rebus facilius carere posſent aedium habitatores, quam Sacrâ Scripturâ. — Venditiones *publicae*, quae ex *art.* 18 haberi poterant, fiebant ſub auſpiciis proxenetae (*makelaar*), deque iis fiſco Urbano ſolvebatur pecunia, quae dicebatur *de* 40*ſte penning*, a qua immunes erant venditiones, quae *privatim* a Gildis inſtituebantur, unde patet, quatenus Gildae noſtrae faverent Magiſtratus Amſtelodamenſes. Abrogatis autem ſub finem Saeculi

Amſtelodamum introducere potest libros, publice vendendos, niſi defunctus habitaverit in urbis jurisdictione: interim praefecti hujus rei certiores fieri debent. — *Art.* 21. Nemo ex aliis urbibus ullos libros, ſive compactos, ſive ſolutos, hic privatis vendere (*veilen of verkoopen*) potest, mulctâ confiſcationis omnium librorum, et 25 florenorum, diſtribuendorum inter praetorem Urbanum, fiſcum Gildaiem, et pauperes. — *Art.* 22. Item nemo potest in tabernis, vel in ſuis ipſe aedibus coetus hebdomadarios, menſtruos, alios, inſtituere, qui-

culi XVIII Gildis quibusvis, ut infra, §. 3., videbimus, nomine etiam cesſarunt venditiones Gildales, oneribus immunes: reipſâ ſervatae ſunt nomine: *verkoopingen onder Boekverkoopers*. Anno denique 1810 Galli onera alia venditionibus omnibus publicis imposuerunt. Catalogis ante venditionem inſpiciendis auctoritate publicâ imponebatur ſigillum regionis (*Departement*), qui actus non ſine pecuniâ ſat magnâ ſolvendâ peragendus, dicebatur *le timbre*. Differentia hunc inter et avitum morem ſimulque illius injuſtitia ex eo patet, quod pecunia, *le timbre* dicta, *ante* venditionem ſolveretur, dum plane neſcii esſent venditores lucri ex vendendis libris proventuri, quod forte exſpectationem falleret; onus autem, cui nomen *de 40ſte penning*, a majoribus noſtris poſt venditionem ſolutum, juſtam lucri partem detrahebat. — Quum in Galliâ poſt NAPOLEONTIS abdicationem adhucdum hoc tributum (*le timbre*) rei librariae infestum ſervaretur, multique de eo quererentur, Ao. 1816 exiit Pariſiis apud ipſum auctorem, A. A. RÉNOUARD, libellus hicce: *l'Impôt du timbre ſur les Catalogues de librairie, ruineux pour les libraires, et arithmétiquement onéreux au treſor public*; cujus is fuit ſuccesſus, ut onus hocce grave et Catalogis, et nonciis litterariis, quos *proſpectus* in re librariâ vocamus, ibi detraheretur.

quibus vendant (*veilen of verkoopen*) libros compactos aut non compactos, mulctâ *f* 25 praestandâ ab eo, qui coetum convocaverit, et *f* 12 a quovis Socio Gildali praesenti; pecunia eodem modo distribuenda, atque in *praecedd. artt. Artt*ⁱ. 21 et 22 verbo ampliati sunt Corâ 28 Aprilis 1674 (70*). — *Art.* 23. Interdicitur, ne quis ullis in locis publicis libros, novellas, cantilenas vendat, vel in viis publicis vendendos circumferat, poenâ confiscationis librorum et 6 florenorum 1°. vice, 2°. autem vice mulctâ pecuniae duplici, et arbitrariâ poenâ a Magistratibus infligendâ: dum et Praefectis et famulis Gildae facultas datur libros vel novellas hasce cuivis adimendi, et in aedes Gildales transferendi. *Artt*°°. 22 et 23, ad verbum repetendo, renovarunt Magg. Urbani 29 Septembris 1672 (70**). Forte hoc decretum cohaerebat cum iis rebus, de quibus supra, *p.* 150 et *sq.*, diximus. — *Art.* 24. Qui transgrediuntur unum horum *artt.*, et ob hanc rem a praefectis in jus vocantur, praeter poenas hoc *art.* statutas, etiam praestare debent sumptus judiciales; qui autem transgressi sint *articulum* quemcunque, in quo nulla poena injuncta est, praeter judiciales sumptus, etiam solvunt *f* 3 fisco Gildali. — *Art.* 25. Hujus Gildae Praefecti constituuntur 5: 4 Bibliopolae et unus Typographus. (Placiti diei 28 Junii 1666 *art*°. 5. numerum

(70*) *Handv.* citt. p. 1220.
(70**) *Handv.* citt. ibid.

rum quinarium ſervarunt Magiſtratus, verum illum conſtiturum decreverunt ex tribus Bibliopolis, uno Typographo, et uno, qui tabulas aeneas, mappas Geographicas, etc. vendit (*konſtverkooper*). Hi praefecti quotannis die 20 Januarii conveniunt, ut pluribus ſuffragiis numerum duplicem nominent, ex quibus Burgimagiſtri novos eligunt praefectos (71). — *Art.* 26. Quotannis unus ex praefectis Quaeſtor conſtituitur, eligendus a Burgimagiſtris ex duobus, quos praefecti quotannis nominant. — *Art.* 27. Quavis hebdomade praefecti ſemel conveniunt ad res Gildales regundas.

Lege tam amplâ, multis caſibus proſpiciente, Gildaeque noſtrae fundamentali, a Magg. Urbanis pro-

(71) Hos praefectos numero ſuperabant praefecti Gildae Pariſienſis Bibliopolarum et Typographorum, idque, habitâ ratione magnitudinis Lutetiae Pariſiorum, ſociorumque in Gildis frequentiae, nemini mirum videatur. Typographi Bibliopolaeque a ſingulis Regibus, inde a LUDOVICO XII, donati magnis iisque utiliſſimis privilegiis, in Gildam (*Communauté*) ibi redacti erant, quam regebat unus Syndicus, et ſex vel octo ei adjuncti (*adjoints*). Hic Syndicus una cum adjunctis officinas tempore ſolito viſitabat, libros in urbem introductos inſpiciebat, ne quid ſpargeretur Religioni repugnans, Regi, Civitati, aut bonis moribus injurioſum; hoc Syndici munus non erat ad vitam: unus idemque tamen non raro per ſexennium eo fungebatur, nonnumquam et brevius. Gildae rectores quotannis vel quovis biennio forte rurſus eligi poſſe hinc ſuſpicamur. Permulta de iis, quae huc ſpectant, atque ad totam rem Preli et Librariae Pariſiis ad finem usque Saeculi XVII pertinent, paſſim inveniri poſſunt in opere JOANNIS DE LA CAILLE, ſupra *Cap.* II *notâ* 293 citato.

promulgatâ, non miramur, brevi non nisi paucas ejus mutationes obtinuisse. Modo suis locis ad singulos *artt.* annotavimus ea, quae posterioribus decretis dierum 28 Junii 1666, 29 Septembris 1672, 28 Aprilis 1674, 6 Februarii 1685 et 26 Januarii 1695 (72) placuerunt Magistratibus. Pergimus jam magno intervallo ad sequentes leges, quae a medio inde Saeculo XVIII publicâ auctoritate latae sunt.

Die 9 Julii 1750 Magistratus constituerunt, praefectis Gildae ex fisco Gildali quotannis solvendos esse *f* 250 pro omnibus eorum laboribus, vacationibus, et sumptibus quibuscunque (73). Videmus pecuniae minus jam parci, quam Saeculo praecedenti; nunc enim singuli praefecti *f* 50 accipere coeperunt.

Paucis annis deinceps, quum Bibliopolae quidam, famulo Gildali libros quosdam injuriosos famososque, jussu Magistratuum, ab omnibus Bibliopolis postulante, exemplaria nonnulla sibi servassent, et deinceps pecuniâ longe majori, quam ante confiscationem vendidissent, Magg. Urbani, die 21 Augusti 1760 statuerunt: *Dat die gene, welke iets strijdig aan de orders, die hen uit naam van Hun Ed. Achtbaren gegeven worden, mogten durven ondernemen, dadelijk zonder eenig figuur van proces uit het*

(72) Praeter locos in *Handv.* supra citt. cf. etiam de primâ et ultimâ: *Ordonnantie voor het Boekverkoopers-Gilde*, enz. supra cit. p. 14—16.

(73) *Vervolg van de Handv.* cit. p. 78. et *Ordonn.* cit. p. 16.

het Boekverkoopers-Gild zullen worden gezet, ongeprejudiciëerd de acte, die tegens hen zou kunnen worden geïnstitueerd wegens het drukken, verkoopen of verspreiden van hetgeen bij Placaten van den Lande, of bij Keure dezer Stad verboden is (74). Vetuerant autem Magg. die 5 Sept. 1758 *de zoogenaamde* Ordinary Midden-Weekse Courant, *of eenig dergelijk papier, onder wat titel het zijn moge, te drukken, te verkoopen of te verspreiden* (74*). Interim scimus, hoc A°. non omnia inter Gubernatricem ANNAM et urbem Amstelodamum fuisse adaequata.

(122) Cf. *Idem opus*, XL. *l. c.*

(123) Cf. DE KONING *l. l.* p. 278. Qui quod ad *Harlemum pagg. fqq.* alia tradit, quae deinceps ibi locum habuere. Anno enim

Interim non ubivis executioni missa est promulgatio diei 5 Octobris 1798. Ne enim de aliis locis dicamus, Amstelodami, in primariâ horum Collegiorum sede, ubi magno numero occurrebant, Gildae tacite servatae fuere a Magistratibus Urbanis, qui insigniter iis favebant; sibique persuasum habebant de magnâ utilitate, quam ex iis urbs simul et cives carperent. Tacite igitur ibidem perdurarunt ad annum usque 1812, quo, lite quadam inter socios Gildae cujusdam obortâ, res ad Praefectum Gallicum regionis mari Australi adjacentis (*Département du Zuiderzee*), DE CELLES pervenit, qui de Gildarum praesentiâ certior factus, statim omnia cessare supprimique jussit. Sub NAPOLEONTE enim eadem erga Gildas opinio praejudicata apud Gallos Hollandiae praepositos vigebat, quae in eorum patriâ, exeunte praecedenti Saeculo, obtinuerat.

At de Gildis Amstelodamensibus agentes, nimis late jam progressi sumus.

Abolebantur A°. 1798 Gildae in plerisque urbibus

enim 1804 Harlemi de pecuniis Gildalibus quaedam constituta sunt; *pag.* 281 *in fine*; atque die 14 Octobris ejusdem anni hos Curatores rerum Gildalium (*provisioneele Commissarissen*) exceperunt, quod ad hanc urbem Viri, quibus titulus: *Commissarissen over de Neringen en Handwerken*, quibus a praecedentibus curatoribus rationes reddendae erant de pecuniis chartisque Gildalibus, quique et Gildarum sociis de juribus suis caverent, quatenus ea vel vi *articuli* 53 Constitutionis Politicae, vel aliis legibus non essent abolita. DE KONING *l. l.* p. 282.

bus ex decreto 5 Octobris executioni misſo, atque ſtatûs illius liberi utilitates ſimul et noxae patefiebant: hoc ferendum erat, tolerabaturque per aliquot annos, quos ſtetit Resp. Batava. Abolitionis detrimentis utilitatem ſuperantibus, in multis ſaltem quaeſtuum generibus, atque datâ nobis A°. 1806 a NAPOLEONTE formâ imperii monarchicâ, fieri non poterat, quin in Regis oculos incurrerent noxae ex Corporibus Opificum deletis profluentes. Curam in remediis huic malo quaerendis diligentem et asſiduam poſuit LUDOVICUS, atque initio A^{i}. 1808 hac de re amplam legis formulam (*Conceptwet*) Corpori legibus ferendis vacanti (*Wetgevend Ligchaam*) propoſuit, a quo probatam, ipſam legem die 30 Januarii ejusdem Ai. promulgavit, quae modum exhibebat, ad quem Corpora quaevis (*Corporatien*) in Regno Hollandiae adhucdum obvia aliaque rurſus creanda conformanda esſent, ut quaeſtibus (*neeringen*, *ambagten en bedrijven*) exercendis forent adaptata.

Praecipua ejus capita attingamus.

Art°. 1 permittitur conjunctio ſingularum perſonarum uno in loco, ad opificia ſtruenda, quaeſtus exercendos, etc., modo nihil fiat legibus Regni contrarium. — *Art*. 2. In Gildis recens formandis numerus ſociorum ne ſit infra numerum octavum: quodſi tantus non ſit, diverſorum quaeſtuum opifices ſe conjungant. — *Art*. 3. Opifices, qui ſocii esſe velint, qua tales inſcribantur necesſe est. — *Art*. 4. Ut quis corporis ſocius fiat, requiritur, ut munitus ſit

fit eo, quod vocant: *patent*, *als fabriekant*, *trafiekant*, *werkmeester*, *werkbaas*, *of neeringdoend persoon*, uti jusserat decretum Summorum Reip. Rectorum, die 2 Decembris 1805 (eo enim die constituta erant ea, quae supra, *pag.* 250, tradidimus). — *Art.* 5. Nemini nisi iis, qui illud admissionis testimonium (*patent*) habere nequeunt, vel judicis jusfu eo privati sunt, denegatur accessio ad corpus quoddam: ad eam autem adipiscendam non amplius requiritur, ut quis civis loci sit (*burger of poorter*) (124), nec exiguntur ulla specimina in Corporibus ineundis olim praescripta, licet tamen legibus deinceps cuivis Collegio specialibus dandis statui possit, ut quo magis de peritiâ adoptandorum sociorum constet et aemulatio acuatur, Magistratus loci peritiae testimonium dent candidato, qui specimen lubens praestiterit. — *Artt.* 6 loquitur de pecuniâ inscriptionis tempore praestandâ (*entrée*) quae non excedet *f* 50, item de pecuniâ annuâ, quae non certo definitur; agit porro de commodis inde redundantibus in socium, qui forte prae egestate vel morbo levamine quodam indiget. — *Art.* 9. Socii numquam unicae tantum Gil-

(124) Ex hujus *articuli* verbis: *stedelijke of plaatselijke burger- of poorter-schap*, conjicimus, etiam in vicis, forte et in pagis majoribus hic illic Gildas quasdam fuisse; notum enim est, moenia vel portas non requiri, ut urbs (*stad of plaats*) adesse censeatur: loci enim moenibus non cincti saepius acceperunt jura urbana; hine Gildae rure etiam adesse potuerunt: saltem in Germaniâ illud hic illic obtinui

Gildae inesse coguntur, imo é contrario liber iis patet aditus, sive ad quaestus praeterea exercendos, quorum Gildae non exstant, sive ad plures, quascunque velint, Gildas adeundas, modo ne generalibus Regni legibus illud vetitum sit. — *Art.* 12. Corae, Ordinationes, literae Gildales quaevis, olim Gildis datae et concessae, durante A°. 1808, aeque ac leges Corporum adhucdum creandorum examini Magistratuum loci (*Gemeentebesturen*) submittentur, atque probationis gratiâ ad Administrum rerum internarum transmittentur. — *Art.* 14. Magistratus loci (*de Plaatselijke Besturen*) prospiciunt nundinis annuis et hebdomadariis (*kermissen en vrije jaar- of weekmarkten*), ad eaque omnibus, sive Gildae sociis, sive extraneis aditum praebent. — *Art.* 15. Omnibus Corporibus praeërunt, qui dicuntur: *Commissarissen of Overlieden*, ex Gildae sociis a Magistratibus loci designandi, quibus cura sociorum eorumque famulorum commendatur. (Praefectorum numerus non definitur; forte ratio habenda frequentiae, qua fruebatur Gilda, nec non eorum, quae statuebant Corae vel Ordinationes avitae). — *Art.* 16. Hi praefecti de omnibus, quae legibus Regiis vel Coris cuivis loco propriis, Gildas spectantibus repugnant, certiores facere debent Magistratus loci. — *Art.* 17. Qui praefectus nominatus est, hoc munus recusare nequit, nisi mulctâ solutâ, quae tributum annuum aequat; ex ultimis art. verbis: *Doch zal iemand, 3 jaren of langer gefungeerd hebbende, aan deze boete niet kunnen worden onderworpen*, patere videtur, terminos huic prae-

praefecturae statutos esse nullos, imprimis quum nec in *artt*^{is}. *sqq.* termini vestigium occurrat, verumtamen elapso triennio munus sine mulctâ deponi posse. — *Art.* 18. Insuper Magistratibus loci permittitur, praeter illos praefectos *art*^{i}. 15, corporibus quibusdam (*die de Plaatselijke Besturen hier voor vatbaar mogten oordeelen*, ait lex) Directores praeponendi, extra Corporum socios, ut Gildarum curam gerant. — *Art.* 19. Fiscus Corporum quorumvis assignatur sustentandis sociis, qui pauperes evaserunt, eorumque familiis. Additur: *Geene andere dan nuttige en noodzakelijke uitgaven zullen uit de cas der Corporatie worden bestreden*; fiscus igitur ad epulas habendas accommodari nequit. — *Art.* 20. Fisco praesunt Directores *art*^{i}. 18, vel socii ex ipsâ Gildâ a Magistratibus delecti. — *Art.* 22. Lites quaevis inter Gildas vel inter unius Gildae socios obortae quoad jura et officia Corporum, a Magistratibus loci dirimentur. — *Art.* 25. Corae, Ordinationes, literae Gildales, etc., antea variis Gildis datae, habentur abolitae, quatenus huic legi repugnent; quatenus autem non repugnent, Coris vis superest atque auctoritas in varias Gildas, usque dum nova Ordinatio (*Reglement*) singulis Corporibus danda exierit.

Videmus sic rem Regi LUDOVICO magnopere cordi fuisse; videmus corpora antiqua restituta, simulque de hoc illove eorum abusu cautum esse. Ex verbis legis interim non patet, omnium corporum restitutionem quavis in urbe necessario fuisse

impositam; unde explicandum, quod multis in locis restaurata non sint, tum quod difficile sit corpora plane disjuncta rursus conjungere, illorumque fiscum instaurare, tum ob alias, quas ignoramus, causas. Id scimus, Collegium nostrum Typographorum et Bibliopolarum Lugduni Batavorum et in aliis nonnullis Hollandiae urbibus non fuisse restitutum, Amstelodami autem, ubi adhucdum supererat (cf. supra, *pag.* 415), hac lege fuisse firmatum et ad pristinum vigorem redactum, nam *argum. articulorum* 2, 19, cett., Corpora (*Gildens*, *Corporatien*), huic legi non obversantia, permanent salva.

Lectu digna est Oratio, quam habuit Vir Amplisf. HULTMANNUS, Consistorio Regis adscriptus (*Staatsraad*), quum hujus legis formulam Corpori Legislatorio offerret. Significat in eâ damna ex Gildis abrogatis orta. Etsi promulgatio diei 5 Octobris 1798, deinceps die 16 Julii 1800 renovata, et aliis decretis sive corroborata, sive etiam paullatim imminuta vel mutata esset, tamen totidem verbis dicit (quod et nos verbo supra, *pag.* 415, attigimus) abolitionem non ubivis, non in urbibus quibusdam praecipuis, obtinuisse. (Neque id nobis mirum videatur: in urbibus enim minoribus ex decreto Ai. 1798 cessarunt Gildae, quum ibi lucrum ex Gildis percipiendum non illud esset, cujus caussâ Magistratus urbani huic decreto obsequi recusarent, inque odium eorum, qui summis rerum habenis admoti erant, incurrerent.) Adjungit por-

porro HULTMANNUS, Regem, poſtquam urbes complures, quae Gildarum abolitione interitum proſperitatis urbanae ſibi paratum jure aeſtimarent, libellis ſupplicibus eum adiisſent, Collegia Opificum ita reſtituenda cenſuisſe, ut ea, quae monopolium olerent, amoverentur, commoda et utilitates Gildarum ſervarentur (125).

Haecce regia lex, quae tot bona ac laudabilia continebat, non ultra duos annos cum dimidio executioni mandata fuit, idque nec ubivis, ſed ubi conditio rerum omnium, quae ad plurimas Gildas pertinerent, reſtaurationem ſineret. Confirmata etiam fuit n°. 13 *artᵗ*. 7 Codicis Ludovico - Napoleontei, de quo vide ſupra, *p*. 257. At vero quum Hollandia Galliae A°. 1810 jungeretur, Gildae ſive Corpora quaevis, quippe Imperio Gallico non acceptae, aeque ac in Belgio Auſtriaco A°. 1796, iterum exſtinctae ſunt. Qui interim Amſtelodami ad annum usque 1812 Bibliopolarum Gilda ſteterit, breviter indicavimus.

Quaenam de Gildis in Belgio *Meridionali* ultimis temporibus opinio ſententiaque fuerit, nos latet: poſtquam ibi ſemel conſopivisſent A°. 1796, numquam ad hunc usque diem revixere. Quod ad Regiones *Septemtrionales*: reſtitutâ atque in libertatem vindicatâ et Regni noſtri parte, conatus permultos fruſtraneos tentavere cives, libellis ſupplicibus variis ad Opificum

(125) Et legem et orationem ſuaſoriam habent Acta diurna, *de Koninglijke Courant*, diei 19 Februarii 1808.

cum Collegia recuperanda per 5 annos Principi et Ordinibus Generalibus, aliisque Corporibus insignioribus offerendis (126), qui tamen omnes hac-

(126) Permultos, eosque ex insignioribus patriae nostrae viris, Gildis adhucdum ita favere, ut eas moderate atque caute restitui magnopere cupiant, indicare nobis videtur quaestio die 8 Aprilis 1818 a Societate Scientiarum Zelandica responsioni in diem 1 Aprilis 1820 proposita: „ *Waren de inrigtingen der Gilden of Corporatien van neringen en ambachten, die zoo lang in ons Vaderland hebben standgehouden, in der daad van eenen zoo voordeeligen invloed voor den bloei der Steden en Burgerijen, dat het gebrek aan welvaart en de neringloosheid, waarover thans zoo algemeen geklaagd wordt, ook grootendeels aan de afschaffing der gezegde inrigtingen moeten worden toegekend? Indien ja, in hoe verre zou dan in den tegenwoordigen tijd, het herstel der Gilden nuttig en raadzaam zijn voor den Staat? En onder welke bepalingen zoude dit alsdan kunnen geschieden?*" Eam proposuit Societatis Praeses, Vir Doctiss. H. C. LAMBRECHTSEN. Responsum avide exspectamus. — Atque in opusculo, Ao. superiori, 1818, Amstelodami edito: *Ontwerp tot Verbetering van den toestand der noodlijdenden, gevangenen, bedelaars, enz.*, contendit anonymus, *pag.* 26., praeter alia plura etiam *abolitis, vel suppressis Gildis* tribuendam esse adauctam paupertatem, simulque hoc remedium quod ad systema Gildale adjungit: „ Wanneer men in elke „ Stad, het bestuur der Gilden aan eenen algemeenen opzigter „ opdroeg, die jaarlijks de verantwoording der Gilden moest „ nagaan, en de kwitantiën of jaarzangen der Gildebroeders, „ vóór en aleer dezelve aan de Overlieden betaald werden, „ met zijne visa voorzag, en niemand aangenomen werd, of hij „ moest blijken van goed gedrag en bekwaamheid geven: dan „ zouden door eene dusdanige eenvoudige en onkostbare be„ windvoering, de *Bureau*-kosten weinig behoeven te bedragen, „ het gebrekkige in de voormalige Gilden zou verhinderd, en „ door het in omloop brengen der onder de Overlieden nog „ be-

hactenus nihil efficere valuerunt. Ne quis autem putet nos ita esse audaces, ut propterea incusare velimus illos, qui rebus praesint; sed dolere licet, Collegia Opificum in Belgio fuisse exstincta, iisque bene institutis atque scopum suum implentibus Regnum nostrum carere. Interim quidquid eveniat, sive in Regno Belgico restituantur Collegia Opificum, sive oblivioni tradita maneant, modo in patriâ nostrâ, quae nobis omnes omnium caritates una complectitur, valeant vigeantque industria, mercatura, artes quaecunque atque doctrinae, non minus quam Typographia, cujuscunque scientiae et disciplinae adjutrix et promulgatrix, bene semper de nobis omnibus actum erit, habebimusque, quod laetemur.

„ berustende kapitalen, veel armoede kunnen geweerd worden. „ Tevens moest men middelen aanwenden, om aan den naijver „ zekere palen te stellen."

T A N T U M.

ADDENDA

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD

CAPUT PRIMUM.

Absoluta et jam tota fere typis mandata hac disquisitione, ecce nobis casu fortuito ex HÖCK, *Grundlinien der Polizei-Wissenschaft. Nürnberg.* 1807, *pag.* 202, innotuit sequens liber: E. M. GRÄFF, *Versuch einer einleuchtenden Darstellung des Eigenthums und der Eigenthumsrechte des Schriftstellers und Verlegers, und ihrer gegenseitige Rechte und Verbindlichkeiten. Leipzig.* 1794, quo complura continentur ad *Caput* nostrum I egregie facientia, et ad quae probanda complurium auctorum citat testimonia. Sequentia lineamenta verbo indicasse suffecerit. Jure mihi in dominio sunt, praeter alia plura etiam

1°. Quae ipse meis viribus, sive animi, sive corporis ita paro, ut nemini dominium auferam, neminem laedam.

2°. Quae contractu a vero domino accipio.

Ex hisce fluunt sequentia: ea quae auctor parit, opus,

opus, MStum ſuum, ipſe ſolus jure posſidet: proprietatem horum ingenii fructuum libere potest vendere; MStum potest vel delere, vel palam proferre; editioni interim hic illic obſtant leges in civitate, quae curant, ne religio, moresve detrimenti quid capiant. Ubi hisce terminis prelum caret, vel ubi adſunt, auctor autem in ſcribendo has leges non violat, liberrima caeteroquin auctori patet facultas, opus vel

1°. Suis ſumptibus typis mandandi, vel

2°. Editori (*Verleger*, Typographo Bibliopolaeque) gratis dandi, vel

3°. *Quibuscunque conditionibus* ipſi tradendi; his conditionibus annumera: ut vel ſemel pecuniam numeratam, vel pro unoquoque *folio*, quod dicitur (*blad letterdruks*), ſtatutam ſummam accipiat; ut ab editore ſtatutum exemplorum liberorum ſibi expoſcat numerum; ut editori non liceat exempla plura ultra ſtatutum numerum exarare; ut ſibi ab editore, occaſione iteratae editionis, ſive aucta et emendata ſit, ſive non item, nova pecunia ſolvetur; item ut editori jus proprietatis, jus copiae, non niſi pro primâ editione tradat, ſibique igitur hoc jus in poſterum ſervet, et aliae hujus generis. Haec ſi ſtipulaverit auctor, editorque hisce acquieverit, proprietas et jura huc annexa auctori denegari posſe non videntur. Verum ab alterâ parte, ſi hanc proprietatem et haecce jura *ſine expresſis hisce conditionibus* editori tradat, omnia amittit auctor; nunc enim eadem auctorem inter et editorem adest ratio, quae inter

Hhh quem-

quemcumque venditorem emptoremque, non quae inter dominum emphyteuticarium et emphyteutam. Si haec venditio MSti sine conditionibus locum habeat, auctor vel semel pecuniam fat conspicuam, vel summam statutam pro quovia folio, et utroque casu exempla quaedam libera solet poscere: isque venditionis modus tam frequenter obtinet, ut haec pecunia et exemplorum praestatio fere jus consuetudinarium factae sint. Jam MS. plane sine ullis terminis in dominium editoris (Typographi Bibliopolaeque) cessit. — Quae nunc posteriori casu, occasione iteratae editionis, auctoris respectu, editori incumbunt officia, sunt objectum ejus, quod editor *aequum* ducit (*ein Gegenstand seines Billigkeitsgefühls*): quae autem priori casu ipsi incumbunt, ubi conditionaliter editor cum auctore convenit, editori objectum sunt vinculi *Juris* (*ein Gegenstand einer absoluten Rechtsverbindlichkeit*).

Ex hisce necessario fluere dicit GRÄFFIUS,

I. *Auctorem*, qui MStum paucis conditionibus editori tradiderit, cuique plane satisfecerit editor, agere illicite et injuste, si 1°. ingenii fructum pluribus editoribus simul vendat, aut 2°. post aliquod temporis spatium, ab editore poscat, ut hic exempla superstitia primae vel jam iteratae editionis (*Auflage*), utut *chartam emporeticam* (*misdruk*), vendat, quo melius auctor emendatam auctamque editionem (*Ausgabe*) curare possit; aut si 3°., editore (*Verleger*) hisce acquiescere nolente, opus adeo auctum auctor alii vendat; aut si 4°. auctor editio-

tionem iteratam tunc fuis fumptibus prodire curet; aut 5°. alii editionem iteratam vendat, aut fuis fumptibus curet, poftquam editor (*Verleger*) primae editionis eum, occafione iteratae editionis parandae, rogasfet augmenta aut emendationes; aut denique 6°. fi auctor, qui plura opera fcripfit et complurium editorum ope vulgavit, ea, five mutata emendataque, five non item, titulo *Operum Omnium*, et fimilibus, alii editori edenda tradat, absque eo ut priores editores indemnes fervarit de noxâ illatâ, vel ab iis jus editionis (*Verlagsrecht*) redemerit.

II. *Editorem* (*Verleger*, Typographum Bibliopolamque), qui multis conditionibus edendi facultatem fibi comparavit, nulla jura posfidere, nifi quae ex hisce ftipulatis conditionibus promanant; igitur a fuâ parte editorem illicite, injufte, arroganter agere, fi 1°. jam in initio majorem exemplorum numerum typis mandet, quam de quo conventum est; 2°. clam novam editionem (*Auflage*) prodire jubeat; 3°. occafione fecundae, vel fubfequentis editionis (*Ausgabe*) (1) non praeftet ea, quae fpopondit; aut 4°. prae fe ferat, fibi jura esfe in alteram vel fubfequentes editiones, licet expresfe iis antea renunciaverit. — Cafu I *auctor* agit injufte, pro-

(1) Inter *Auflage* et *Ausgabe* ita diftinguimus, ut *illud* fit, quod editor absque auctore abfolvere poteft, fi nullâ mutatione additâ, opus iterum typis mandet; *hoc* fignificet, auctoris partes in eâ fuisfe, augmenta, vel emendationes esfe additas.

propter jura, quibus caret; casu II *editor*, propter coarctata proprietatis jura. Quibus omnibus 7 *Capp.* comprehensis, *octavo* observationes quasdam addit. GRÄFFIUS in *additamentis* adjungit quasdam quaestiones insignis momenti, de hisce juribus sub finem Saeculi praecedentis in Germaniâ motas, unâ cum multorum editorum (*Verlegern*) ea de re opinionibus prolixe expositis. Addit tandem ea, quae 41 *artt*^{is}. de eo, quod juris sit in contrahendo de edendis libris (*Verlagsverträge*), habentur in Codice Borussico (*Allgemeines Gesetzbuch der Preussischen Staaten. Th.* I. *tit.* XI. *abschn.* VIII.) A°. 1791 evulgato; illos tamen *artt.* non omnes probat, nec ubivis sat perspicuos judicat.

Alius libri ad nostram rem facientis, hujus anni initio editi, nondum a nobis visi, unice mentionem facere possumus: L. HOFFMANN, *Censur und Pressfreyheit, historisch-philosophisch bearbeitet.* 1er. *Th.*, etiam sub titulo: *Geschichte der Buchcensur. Berlin und Leipzig.* 1819. Opus avide exspectamus.

Haec ad *Cap.* I. in genere; jam ad specialia transeamus.

Pag. 1. *lin.* 9. post BIBLIOPOLARUM inferatur: IN REGNO BELGICO.

— 22. — 19. } ROELLIO. legatur: ROËLLIO.
et — 23. — 13. }

— 22. — *ult.* ad *videbantur.* Inter quae et consilium novi Diarii, auspiciis Administri rerum internarum edendi: *Officieel Dagblad van Boek- en Kunst-handel*, quo continerentur omnia, quae quod ad

ad librorum editionem nuntiandam, sententias adversus contrafactores ferendas, etc. etc. ad omnium notitiam venire, publice insigniter interesset. Ejus meminerunt *artt.* 5, 9, 10, 11, 12 hujus schematis inediti.

Pag. 23. *notâ* 23. addatur: et *Staatsk.* die 31 Januarii.

Pag. 27. *lin.* 15. addatur: Pertinet et huc definitio (LUZACII) auctoris libri: *Les Intérêts des Nations de l'Europe. Leyde.* 1766. T. I. p. 430, sq. „ La Contrefaçon est l'Edition d'un livre contrefait, c.-à-d. imprimé par quelqu'un qui n'en a pas le droit, au préjudice de celui, qui l'a par la propriété que l'auteur lui en a cedée, ce qui se nomme dans le Commerce le *droit de Copie.*"

Pag. 30. *lin.* 10. addatur: Videamus, quaenam, ratione habitâ insignis detrimenti ex contrafactione editori afferendi, scripsit auctor ejusdem libri: *Les Intérêts*, etc. *l. l.* p. 433: „ Un libraire de Hollande „ (forte ipse LUZACIUS) avoit autre fois conçu „ le projet d'une loi, qui détruiroit l'abus de la „ Contrefaçon. Il la fit proposer au dernier Congrès d'Aix-la-Chapelle. Il vouloit la rendre „ commune à toutes les Nations, et il avoit pris „ la seule route convénable pour la faire adopter „ en la faisant passer dans un traité de paix, dans „ lequel presque toutes les Puissances de l'Europe „ étoient contractantes. Mais le projet de cette loi „ fut apparament regardé par les Ministres-Plénipotentiaires au Congrès comme un des beaux rê-

 „ ves

„ ves de l'Abbé de S^t. PIERRE, on comme une „ de ces loix, qui ne sauroient avoir lieu, que dans „ la supposition de la fraternité générale inutile- „ ment imaginée par l'auteur de l'*Ami des Hom-* „ *mes* (MIRABEAU, *l'ainé*)." Similia adversus contrafactores conamina licet aeque frustra adhibuere Bibliopolae Germani in Conventu Vindobonensi, A°. 1815 habito; iique nunc in Concione delegatorum ex omnibus Germaniae civitatibus Francofurti ad Moenum obviâ idem tentant.

Pag. 30. *lin.* 19. ad A^{nn}. 1472. Lubens confiteor, me hocce nimis audacter posuisse. Quum autem haec scriberentur, nondum mihi innotuerant ea quae illustrisf. et eruditisf. VAN WESTREENEN VAN TIELLANDT observavit, A°. 1472 nullum librum in Belgio exiisse; de quo pluribus diximus ad *pag.* 333, *notâ* 58. *Cap.* III, et infra in *addendis* ad *h. l.* uberius dicetur.

Pag. 30. *lin* 20. COSTERI. legatur: KOSTERI.

—— — *notâ* 32. *lin.* 1. Costerianis. legatur: Kosterianis.

—— 32. *lin.* 9. addatur: Haec Privilegia adversus contrafactores quum non nisi unico homini, vel cuidam societati in tempus quoddam darentur, omnem vim amittebant (etiam non elapso tempore), ubi ea persona mortua, corpusve illud dissolutum esset; non poterant alii vendi una cum jure proprietatis in ipsum librum; erant enim jura personalia, non realia. — Obvenit nuperrime in *Catalogue de la Bibliothèque d'un Amateur. Paris*, *chez* A. A.

RÉ-

RÉNOUARD. 1819. T. I. p. 45, ſq. privilegium ſingulare, in Galliâ olim editum. A°. 1538 FRANCISCUS I. CONRADUM NEOBARIUM elegit Typographum ſuum Graecum, eique ſpeciali privilegio injunxit editionem MStorum hac linguâ ſcriptorum: et praeter alia emolumenta haec ex ipſâ regiâ concesſioue (*Ordonnance*) addit RÉNOUARDUS: „ Et afin que le dit imprimeur puisſe faire „ ce travail ſans compromettre ſa fortune, le Roi — „ défend aux autres imprimeurs et libraires du „ royaume d'imprimer ou de vendre les ouvrages „ de NÉOBAR, pour 5 ans, quant à ceux qu'il „ aura publiés le premier, et pour 2 ans, à l'é„ gard de ceux qu'il aura réimprimés plus corre„ ctement, ſoit d'après d'anciens manuſcrits, ſoit „ d'après le travail des ſavants." Sic bene curatis editionibus proſpectum; verum mirandum, proprietatis jura in libros edendos ſic in antecesſum alicui dari. Probantur hinc, noſtro judicio, eo magis ea quae contendimus ſupra, *pag.* 11, *initio.*

Pag. 32. *notâ* 34. *lin.* 1. ordinibus. legatur: Ordinibus.

— 56. *lin.* 6. addatur: Ubi primâ vice poenae, delicto iterum perpetrato, aggravandae augendaeque mentionem factam invenimus, non posſumus, quin ſequentia de utilitate iſtiusmodi augmenti adſcribamus, deſumpta ex deliberationibus (*Motifs*) de iterandâ poenâ a Corpore, legibus ferendis in Galliâ vacanti habitis, quum de Codice Poenali Napoleontico conſilia inirent (*Code Pénal, procédé d'Herhan.*

han. 1811. p. 16, ſq.): „ Un premier crime ne „ ſuppoſe pas toujours nécesſairement l'entière dé- „ pravation de celui qui ſ'en est rendu coupa- „ ble; mais la récidive annonce des habitudes vi- „ cieuſes et un fonds de perverſité, ou au moins „ de faiblesſe non moins dangereuſe pour le corps „ ſocial que la perverſité. — Un ſecond crime „ doit donc être réprimé avec plus de ſévérité que „ le premier."

Pag. 69. *lin.* 20. addatur: Die 26 Septembris 1811 exiit aliud decretum Imperatoris, quo definitum, quaenam ſcripta Chronica prodire posſint, quaenam vetentur. Horum ſcriptorum genus et quod ad numerum minutum et quod ad indolem inſigniter mutilatum est. Hoc tamen decretum non est in *Collection des Lois*, *cit.* quippe quae eodem A°. jam ante hunc diem prodierat.

AD

CAPUT SECUNDUM.

Pag. 89. *notâ* 7. *lin.* 2. FLANDRIAE, legatur: *Flandriae.*

— 96. *lin.* 6. *notâ.* legatur: *nota.*

— 98. — 15. addatur: Die enim 30 Maji 1566 Ordinibus Brabantiae Gubernatrix propoſuit ſchema placiti, *artis*. 53 conſtans, moderationem anteriorum pla-

placitorum continens; in quibus et haec: *En ten aanzien van de Prenters en verkoopers van Boeken, Liedekens, Pasquillen, of geschriften van ketterijen, wezende in 't geheel en notoirlijk heretijk en seditieus, — de gene die zulks gewoon zijn te doen, zullen verbeuren lijf en goed, 't zij ze eenige ketterij sustineren of niet. Maar zoo ze zulks niet gewoonlijk zijn, en echter bevonden worden heretijk, nochtans niet hardnekkig, zullen gebannen en gemulcteerd worden arbitralijk naar gelegenheid der zaken, 't zij bij ligchaamsstraf of geld, na de macht en faculteit van hun goed: en of zij geene ketters waren, maar 't zelve alleen gedaan hadden door gierigheid of oneerlijk gewin, zullen extraordinairelijk gestraft worden naar gelegenheid van zaken.* Interim, ut jam in textu diximus, res successu caruit. Cf. BOR. *Nederl. Hist.* I. St. pag. 65.

Pag. 104. *notâ* 54. *lin. penult.* ipsi. legatur: ipsi.
— 136. — 92. — 1. *Maenisse, maeninghe.* legatur: Maenisse / maeninghe.
— 144. *lin.* 3 *Gouden.* legatur: *gouden.*
— 148. *notâ* 113. *operu.* — *opere.*
— 187. *lin.* 16. substityerat. — substiterat.
— 232. — 22. Plana. — Plane.
— 241. *notâ* 268. in *fine.* addatur: Seriores ex Hispaniâ allati nuntii ferunt, tandem, die 8vo. FERDINANDI hujus anni, edictum prodiisse, quo 40 libri vetantur, in tres clases distincti, quarum 1. continet eos, quorum lectionem vel iis interdicit Inquisitio-

nis Tribunal (*le St. Office*), qui caeteroquin literis (*Verlofbrieven*) facultatem omnia legendi acquisierint; 2°. complectitur libros, a quorum lectione arceantur, qui numquam hasce literas accipiunt; 3°. insunt libri, quorum correctio jubetur: poenam injungunt, magnam excommunicationem (quam vocant) latae sententiae et 200 aureos in emolumentum Tribunalis, delinquentesque rebellium ad instar habentur. Quodsi autem librorum titulos inspiciamus, aut ridendum est, aut parva lucis copia dolenda, quae in illam usque regionem penetravit. Cf. *Staatsk.* 21 *Junii*, et ubertim *Leydse Kourant* 25 *Junii* 1819.

Pag. 248. *notâ* 272. *lin.* 17. addatur: Sic in lege adest; destinatio quinti exempli non additur.

Ibid. lin. 25. addatur: Eadem ad verbum confirmavit lex 23 Septembris 1814, quam tamen non invenimus in complexu legum authentico, qui dicitur: *Staatsblad*, sed cujus, quum ea negligi videretur, ROËLLIUS, tunc temporis Administer rerum internarum, meminit literis promulgatis, die 29 Julii 1816. Cf. *Staatsk.* 13 *Augusti* 1816.

Pag. 250. *lin.* 14. ad *crearunt* addatur: Lex (*publicatie*) de hisce tributis (*patenten*) agens exiit die 2 Decembris 1805. Cf. praeter alia *art.*. 4 legis Ludovicianae de Gildis, de qua ad *pag.* 416, *sqq.* diximus.

Pag. 254. *notâ* 273. 87. legatur: 86.

—— 256. *lin. penult. of hatelijk en.* legatur: *en hatelijk of.*

Pag.

Pag. 256. *notâ* 276. *lin.* 2. lacesfant. legatur: lacesfunt.

——— ——— ——— ——— — 5. 87. legatur: 86.

——— ——— ——— ——— in *fine* addatur: Eos, qui Summum Numen cum fcriptis, tum verbis, lacesfierint vel exfecrati fint, et manifefte Religionis Chriftianae fanctitatem laeferint, jufte et recte a Magiftratibus puniri tradit auctor, qui ficto nomine EUSEBII BELGAE A°. 1808 *Groningae et Amftelodami* librum edidit, cui titulus: *Proeve over het tegenwoordig verval en mogelijk herftel der Godsdienftigheid.* pagg. 92—96, et pag. 164, fq. notâ N°.

Pag. 265. *notâ* 293. *lin. ult.* femel VAN redundat.

AD

CAPUT TERTIUM.

Pag. 308. *notâ* 5*. *lin.* 1. *cltatus.* legatur: *citatus.*

——— ——— ——— ——— — 2. XX. ——— XX.

——— 310. — 13. 105. ——— 111.

——— 317. *lin.* 19. poft *verofimile tamen est* addatur: Antequam plane abfoluta fit haec Disfertatio, jam plura invenimus, quae Gildas exftitisfe et magna vi gavifas esfe probant in urbibus Belgii Meridionalis. Primum urbs *Iprio* (*Iperen*) in Flandriâ Occidentali jam mature habuit Gildas (*Genootfchappen*), five Collegia Opificum, in primis Collegium eorum, qui

Iii 2 pan-

pannos laneos densiores et vestes subsericas texunt, struunt, et premunt (*Laken- en Saijetwevers, en Volders*): initio Saeculi XIV. haecce Gilda formata videtur, quo Saeculo medio numerus omnium ejus sociorum (*Werklieden van de Lakenhal*) erat ducentorum millium hominum. Imo Iprione Gildarum pondus in regimen urbanum tantum erat, ut, cum hujus, tum aliarum Gildarum praefecti (*Hoofdmannen*) hujus regiminis partem insignem tuerentur, saepe et Scabini eligerentur, imo nonnumquam ad munus Tutoris (*Voogd*), i. e. summi Urbis Iprionis rectoris eveherentur. Cf. de omni hac re *Geschiedkundige Onderzoekingen op de aloude Aenstellinge van den Voogd en van de Schepenen en Raeden der Stad Ypre, enz.* door J. J. LAMBIN. *Ypre.* 1815. formâ 4[t]., passim. — Porro quod ad paucas alias urbes addamus sequentia, desumpta ex excerptis MSti, quem (ut videtur, jam ante pacem Pyrenaeam) scripsit Praeses Brabantinus HOVINES, A°. 1662 Regi PHILIPPO IV. transmittendum, et conspectum continentem conditionis politicae internae Belgii Hispanici tunc temporis, cujus MSti Codicis exemplum (*Kopij*) servatur in Bibliothecâ Regiâ Bruxellensi. In excerptis haec leguntur: *De Staten der Provincien bewilligden zelden in de opte brengen belastingen, zonder daarbij sommige voorwaarden voor zich zelve te bedingen, het duurde soms driejaren eer men de toestemming der Staten tot eene bede bekomen kon, daar van hunne zijde op de noodzakelijkheid van eenparige bewilli-*

stiging, van die des Konings op de genoegzaamheid van de toestemming der meerderheid werd aangedrongen. Zelfs de Dekens der Gilden *te* Antwerpen *meenden, dat hunne weigering voldoende was.* — *In 't algemeen waren de Belgen der 17ᵉ. Eeuw vrijheidlievender dan men gewoonlijk denkt. In Antwerpen namelijk was nog eene soort van Volksregering; de Dekens en Hoofdlieden der* Gilden, *en de Werkmeesters stonden het volk voor, en verdedigden hunne regten met standvastigheid, waardoor wel eens opschuddingen ontstonden. — Te Antwerpen gaf het volk, door de Gilde-dekens, en Wachtmeesters der burgers vertegenwoordigd, den Koning ook een tweetal op, waaruit hij de benoeming van den Stadsraad en der Regenten mogt doen. — Te* Leuven *had het volk dezelfde regten als te Antwerpen, en benoemde daarenboven geheellijk de Burgemeesters onder 's Konings goedvinden. — Te* Mechelen, *als een gewest beschouwd, was de verkiezing der Regenten mede gelijk te Antwerpen.* Excerpta haecce Viro Doctissimo N. G. VAN KAMPEN me debere gratus renuntio. — Tanta fuit Gildarum Belgii Hispanici, medio adhuc Saeculo XVII, vis et auctoritas in regimen nonnullarum urbium. Ex *pag.* 410 et *sq.* hujus Disf. etiam patet, Gildas in Belgii Meridionalis quoque regionibus semper viguisse: imo serius quam in Belgio Foederato earum vis in regimen urbanum ibi repressa videtur.

Pag. 333. *not* 58, in *fine* addatur: Imo, hisce jam typis mandatis, insigni benivolentiâ ejusdem

Viri illustrisf. et eruditisf. VAN WESTREENEN VAN TIELLANDT, quum mihi ex ferie fuâ MStâ librorum ante Saec. XVI in Belgio exaratorum fequentia fuppeditare voluerit, majus pondus addi potest huicce ipfius opinioni, ante annum 1473 nullos in Belgio libros exiisfe.

1472.

Het boeck van Tondalus Vyfioen. Antwerpen. Math. van der Goes. 1472. In 4°.

Visfer Naaml. p. 1. en uitg. door Janfen. p. 237. — Panzer Ann. Typ. T. I. p. 5. No. 1. Een exemplaar van dit werk bevond zich in de Bibl. van den Hr. Verdusfen.

Volgens la Serna Santander Dict. Bibl. No. 1299. is deze editie niet als van 1482, en draagt het jaartal van 1472 alleen door weglating van een x.

Prudentii Clementis Opera. Daventriae. 1472. In 4°.

Visfer Naaml. p. 1. en uitg. door Janfen. p. 238. naar Maittaire Ann. Typ. edit. 1719. Orlandi, Fabricius, enz. welke echter geen van allen eenige opgave van een exemplaar doen. Visfer betuigt mede er te vergeefs naar gezocht te hebben. Ook beftaat deze editie in de daad niet, maar wel eene andere, zijnde de 1fte van dezen dichter, blijkens het karakter te Deventer bij Richard Paffroed omtrent 1490 gedrukt, welke mogelijk tot het verzinnen van deze veel vroegere aanleiding heeft gegeven.

Zie la Serna Santander Dict. Bibl. No. 1146. Panzer Ann. Typ. T. I. p. 168. No. 157. en Cat. de la Bibl. de Mr. Larcher. No. 1102, alwaar een exemplaar der uitgave van omtrent 1490 aangekondigd wordt.

Dat

Dat Winterftuck van den Pasfionael. Delff in Holland. 5 Sept. 1472. In fol.

Deze editie, gelijk de Hr. Visfer vermoedde, p. 1, door eene drukfeil in de Bibl. Wilhemiana No. 15. in fol. verkeerdelijk vermeld van den Jare 1472 te zijn, is te gelijk met het Zomerftuck in 1482 uitgekomen; welk jaartal in dezelve ook dadelijk ftaat uitgedrukt.

Zie Panzer. Ann. Typ. T. 4. p. 290. No. 13.

Spiegel der Sasfen. Gouda. Gheraert Leeu. 22 April 1472. In fol.

Visfer Naaml. p. 1. en uitg. door Janfen. p. 238, in navolging van Seiz 3de Jubeljaar der uitgevondene Boekdrukkunst. p. 182, doch door dezen verkeerdelijk opgegeven; als beftaande althans niet vroeger dan van 1478. Denkelijk is de bedoelde editie geene andere dan die van 1482.

Ludovici Bruni Carmen in adventu Maximiliani, ducis Auftriae. (Lovan.) Joh. de Weftphalia. menfe Novembri 1472. In 4°.

Janfen Naaml. van Visfer. p. 238, zich te onregt beroepende op een exempl. in de Bibl. van den Hr. de Servais, vermeld in deszelfs Catal. onder No. 3078, 't geen duidelijk het jaartal van 1477 droeg, in het welk de gebeurtenis, bij welker gelegenheid dit gedicht is vervaardigd, ook gebeurd is, weshalve hetzelve niet reeds in 1472, en dus 5 jaren vroeger, gedrukt konde zijn.

NB. Uit al het bovengemelde blijkt, dat alle de vermeende uitgaven van 1472 in de Nederlandfche Provincien gedrukt, bij nader onderzoek niet beftaan, en dat tot nu toe geene vroegere in deze geweften uitgekomen bekend zijn dan van 1473, ge-

lijk

lijk alreede door mij is aangetoond in mijne Verh. over de Uitv. der Boekdrukk. p. 56 en 57. — Huc usque illustr. Vir.

Pag. 335. *notâ* 61. *lin.* 9. 25. legatur: 26.
—— —— —— — — 11. D. F. ——— G. J. M. — Disquisitionis Symbolum erat: *Les livres gouvernent le monde.* BARBEYRAC.

Pag. 343. *notâ* 69. *lin.* 8. (1803). legatur: (12 Aprilis 1803).

—— 348. —— 70. in *fine* addatur: Ad hocce RÉNOUARDI libellum observandum, Belgis onus Catalogis impositum non tam grave esse, quippe quibus plerumque mos non est, Gallorum ad instar, librorum Catalogos tam splendide typis exarandi, et non raro notis litterariis ita instruendi, ut inde fiat liber literarum amantibus acceptus; qui tamen ubi caeteroquin opus emisisent, onere imposito absterriti, saepe recusabant. RÉNOUARDUS, libellum suum in Catalogo Bibliothecae suae supra, *pag.* 430, citato, splendide exarato (*Catal. de la Bibl. d'un Amateur.* T. I. p. 238, sq.) referens, haecce verissima addit: „ *Otez-lui ses liens et laissez-le aller;* c'est „ pour le commerce la plus facile et la plus efficace de toutes les protections."

Caeteris, quae forte irrepserunt, mendis ignoscat benevolus Lector.

THE-

THESES.

I.

Venditor, qui rei tradendae facultatem habet, non defungitur praestando id quod interest.

II.

Lex, simulac promulgata est, vim habet obligandi, nisi aliud legislator statuerit.

III.

Qui sumptus funeris fecit, praefertur omnibus reliquis creditoribus.

IV.

Perfectâ emptione venditione, res perit emptori, etsi nondum tradita sit.

V.

Nulla videtur pugna inter *art.* 217 et 1449 *Cod. Nap.*

VI.

In *art.* 25. *Cod. Nap.* praecipui quidem, non tamen omnes omnino effectus mortis civilis recenseri videntur.

VII.

Nuptiae inter patruum, aut avunculum et neptem, vel inter amitam, aut materteram et nepotem, si inter illas personas tantum cognatio naturalis intercedat, Jure Gallico non videntur prohibitae.

VIII.

Jus puniendi hominibus a naturâ non est.

IX.

Constitutio Criminalis CAROLINA in Belgio Foederato omni Juris scripti auctoritate semper destituta fuisse videtur.

X.

Res omnes origine fuere nullius, solaque occupatione in hominum dominium transiere.

XI.

Vetus mos, quo bona naufragorum in littus ejecta, fisco cedebant, regulariter optime abrogatus est.

XII.

Populus Gallicus non tenebatur foedere, quod FRANCISCUS I. cum CAROLO V. Madriti inierat. Summus enim Imperans de rebus publicis, dum captivus est, pacisci nequit.

XIII.

Jus Gentium turpiter violavit PHILIPPUS II, qui ad se misfos Belgarum legatos, JOHANNEM DE MONTIGNY, et JOHANNEM, *Marchionem Bergensem*, non tantum male habuit, sed vel tanquam majestatis reos ultimo supplicio affecit.

XIV.

Magnopere laudandi sunt, qui nunc in Regno nostro adhibentur conatus, ericeta (*heiden*) ope pauperum colendi.

XV.

Restitutio Collegiorum Opificum (*Gilden*), aliquâ moderatione adhibitâ, et paucis ex veteri illorum conditione mutatis, patriae nostrae magnum praestaret emolumentum.

XVI.

Periculosa videtur, quam de probando suicidio, admittit doctrinam MONTESQUIEVIUS, *Lettres Persanes*, *Ep.* 76. eamque non satis refutare videtur *Epistolâ sq.*

XVII.

Inter remedia, quibus in civitate luxuria reprimi potest, illud prae caeteris efficax videtur, ut videat Princeps, ne diffluat desidiâ populus; nam ut vere CATULLUS:

Otium et reges prius, et beatas
Perdidit urbes.

XVIII.

Maxima inter Antiquorum scripta et monumenta nummorum, gemmarum, marmorumque intercedit necessitudo.

XIX.

Uti omnis fere Graecorum Romanorumque inter et recentiorum populorum instituta comparatio aliqua parte vacillat; ita tantum est discrimen illorum inter et posterioris aevi Europaeorum in Asiâ, Africâ et Americâ Colonias, ut, excepto nomine, nulla fere inter utrasque intercedat similitudo.

XX.

XX.

Verum videtur, antiquissimos Americae incolas, unde praesentes illius terrae gentes originem ducunt, ex Asiâ Septemtrionali eo venisse.

XXI.

Lingua universalis, si vel inveniri et introduci posset, constantis non foret usus.

XXII.

Magnopere errare videtur LA HARPE, ubi in praefatione ad versionem Lusiados CAMOËNSII dicit: „Le *Paradis Perdu* de MILTON me parait, „à quelques endroits près, un ouvrage extravagant, „et digne d'un siècle de barbarie." Eandem sententiam idem, caeteroquin minime improbandus, auctor manifesto fovet in *Lycée ou Cours de Littérature*. T. XIII. pag. 366, sqq.

XXIII.

Feudorum origo a Romanis repetenda non videtur.

XXIV.

ADAM numquam Hollandiae Comitem fuisse defendimus.

XXV.

WITTE VAN HAEMSTEDE ex justo matrimonio FLORENTII V. natus fuisse videtur.

XXVI.

Praeclare HEERENIUS: „ Durch den Fall von „ DE WITT muszte LUDWIG selber (so wollte „ es die Nemesis) in WILHELM III, den Mann „ auf seinen Posten bringen, der ihm seitdem, wie „ der erste Oranier PHILIPP dem II, gegen über „ stand. Aber wenn dieser nur für die Freyheit „ seines Vaderlandes kämpfte, so kämpfte WILHELM III, — gleich unermüdet, und mit gleich „ wechselndem Erfolge, in dem Cabinet, wie auf „ dem Schlachtfelde, — fur die Freyheit Europas. „ Und er hat sie behauptet."

XXVII.

Verisſime dixit Vir Amplisſimus, VAN DE SPIEGEL, in *Satisfactie van Goes*: „ Zoo verre de vrijheid is van slaafsche onderwerping, „ zoo verre is zij ook van losbandigheid; zij „ heeft zoo wel in het godsdienstige, als in „ het burgerlijke hare grenzen, en die zich daar „ binnen weet te houden, geniet de wezenlijke „ vrijheid; daar integendeel het misbruik der vrijheid de eerste stap is tot de slavernij."

XXVIII.

Montium Basalticorum, qui in Geologiâ dicuntur, origo ex aquâ, non ex igne, repetenda videtur.

XXIX.

Egregie de ALBANO, prelum coercente, in poëmate *de Geuzen*, cecinit medio Saeculo praecedenti HARENIUS noster:

O vrije Drukpers! hier gebannen:
Gij, schrik en geesfel der Tijrannen,
Gij, de eerste stem, daar 't volk is vrij,
Door ALBAAS *maar alleen te smoren:*
De dag, die dat verbod moest hooren,
Die dag begon de slavernij!

XXX.

Praeclara sunt RÉNOUARDI verba, in fine *addendorum* meorum jam reperiunda: „*Otez-lui ses* „ *liens, et laissez-le aller;* c'est pour le commerce „ la plus facile et la plus efficace de toutes les „ protections."